Inc. lat. 72. 4°.

1 = Hain 10616
2 = " 10621
3 = " 10586

Panzer II. 495.

Antonius Mancinellus Urso Ursinę domus Heroi clarissimo: Episcopoqz Thean. ac Gymnasij almę Urbis Rectori ꝯoptimo. S. P. D.

VRse decus procerum: Romanę gloria linguę
Unica pierio Spesqz Salusqz choro.
Nunc ego parnassi uenio de culmine montis
Palladis auxilio florida serta gerens.
Quum tamen ambigerem quisnam donarier illis
Deberet: roseus cynthius illa dedit.
Siquis in urbe colit musas ꝛ apollinis artes
Sicui pallas adest uiribus usa suis.
Ursus is est virtutis amans virtutis alumnus
Ingenio cunctis anteferendus auis.
Alter Aristides dictus cognomine iustus
Uel dictus sapiens primus in orbe Thales.
Huic igitur noua serta dato connexa uetustis
Floribus: accipiet qualiacunqz feres.
Talibus acceptis propere tua tecta subiui
Bona gerens: Capias: cõmoda multa ferunt.
Ad te confugiunt: quo sint mage tuta fauore
Numinis Urse tui: suscipe quęso libens.
Sic tua sublimi cingantur tempora mitra
Sic videas regni sęcula lęta tui.

Ad Bibl. Acad. Land.

Universitäts-Bibliothek München

De floribus Tituli.

De nominibus per.A.b.titulo.i.
De uerbis per.A.b. tit.ij.
De participio tit.iij.
De pronomine tit.iiij.
De prepositione tit.v.
De aduerbio tit.vi.
De interiectione tit.vij.
De coniunctione tit.viij.
De orthographia tit.ix.

Mancinellus ad Lectorem.

n On solũ sciendi aliquid artem esse verũ docẽdi etiã aiaduerti: ⁊ in preceptis ratiõez valere quãplurimũ Sciens itaq multos recta docẽdi ⁊ via ⁊ consuetudine carere: neq idem meo libello accideret eius aperiendi modũ paucis expediã. Mane quoq carmina aliqua pueris enodenẽ in numerũ: inde curiosus preceptor (pfectus.n. sola cura ⁊ diligentia constat: ⁊ nihil est quod non expugnet pertinax opera) vocabula ipa omnia scitu digna excipientibus dictitet: vesperi autem repetendo illa cũctos interroget: declinareq etiã cogat obscuriora. tum quoq sabbato totius dictata hebdomadis repetat uiritim iterrogando: sic enim ⁊ citius ⁊ facillime quisq proficiet. Nam vti ⁊ Quintilianus edocuit: preceptor frequenter interrogare debet ⁊ iudicium discipulorum experiri. Quã vo carmen ipm de floribus hoc est electis uocabulis sit profuturum adolescentulis fugit neminem. quid enim magis necessariũ: quid vtilius: quid difficilius q ipsa vocabula? hinc Varro hinc Festus hinc Gellius hinc Non ⁹ hinc

alij multi huiuscemodi cepere prouinciam. Itaq; iure dicitur atq; optime: Qui vires vocum ignorāt facile decipi Nemo preterea imprudentie aut inscitie mihi ascribat: si quandoq; Iambo vel trocheo vel Tribracho alijsue pedidus a tali carmine abhorrentibus: vel modo Systole modo Diastole fuerim vsus: Nam vt & breuior & clarior essem coactus quidem aliquando syllabarum naturā seruare non valui. Parcendum igitur syllaba non quadrāte inuenies enim apud vetustiores etiā pedes alios a Spōdeo et Dactylo hexametris fuisse insertos: vt Iambum Tribrachum Proceleumaticū Anapestum: quoq; quidē exempla latius in Versilogo iam ostendimus. Vale charissime Lector. Calendis Sextilibus. Millesimo quadringētesimo octogesimo nono. Romę.

Antonij Bancinelli Carmen de
floribus ad Veliternos.

Si te forte iuuat Latios decerpere flores:
Donatur quicquid noster agellus habet.
Collige quicquid inest: tum ediscere cuncta labora
Prouentus studio non requiete venit.
Carmine cuncta manent longe atq; fidelius: inde
Omnia grāmatices carmine lecta dedi.
Te genus atq; modum flectendi: teq; supina
Te docui versu pręteritumq; Tropos.
Jam docilem tribuas tete Veliterne recenti
Fermento: ⁊ cuncti florea rura legant.

Ab

a Bba pater: monachū pater Abbas inde redūdat
Est Abacus mensa in qua bacchi pocula ponūt:
Sunt etiam quadrę caro quis concisa locatur.
Ars Abacus numeros tractans solet ipsa vocari.
Nempe magistratu priuatum dicit Abactus.
Abdomen porcę sumen: quod Plinius inquit.
Et Juuenalis ait: Placant abdomine porcę.
Fertur Abyssus aquę locus imensusue profundus
Byssus item: quanq; lini genus est quoq; Byssus.
Mensibus in primis proprie dicatur Aborsus.
Intempestiue generatus fiet Abortus. N.
Jd tamen auctores veluti quoq; plurima vertunt.
Militibus quondam vestis quę fertur Abolla
Tum sectę cynicę: duplex erat hęc ⁊ amictus.
Diplois ab gręcis nostris dicetur Abolla.

Absona nempe sono dicunt sine significare;
Adde inconueniens discordans siue repugnans.
Abstinet a temeto quicunqz Abstemius esto;
Attenuat quoniam vinum Temetum vocitamus:
Aut tentat mentem. Temulenta hinc ebria fertur.
Temetum flaccus: Temetum sed dixit Aquinas.
Absurdum stultũue repugnans scito notari.

Ac

Gratia cui nulla est Acharis dicetur: A signat
Nam sine: quippe Charis sed gratia dicitur esse.
Acer fortis erit velox austerus acerbus;
Hęc Acer est arbor: breuis est cui syllaba prima.
Arcula turis erit (Pompeius vt inquit) Acerra:
Aut vbi defunctum ante incendebantur odores.
Est prope parthenopen vrbs quę vocitatur Acerrę.
Congeries rerum paruarum fertur Aceruus:
Lignorumqz strues: Strages occisa caterua est:
Omnibus ast etiam generale est nomen Aceruus.
Aggeruus proprie lector quasi fertur Aceruus.
Inferni est Acheron flumen: sine gaudio habetur.
Qui sine vir labijs degit bene fertur Achilus.
Chilos erit labrum: sine signat A sępe latinis.
Anxietas cura atqz molestia Acidia fertur.
Est Acies oculi dulcissime lector acumen.
Est Acies summũ ferri: pugnę quoqz turma.
Ex acuo fertur quia ferro armatur acuto.
Improprium est Acyron: tantum vt sperare dolorem.
Accentus lex est: qua syllaba tollitur ipsa
Deprimiturue tibi quicqz Romane ferendo.
Est Grauis Accentus Circumflexus vel Acutus.
Deprimit ipse Grauis vocem: tollit sed Acutus.

Ast circumflexus uocem leuat ⁊ premit ipsam.
Nempe incrementum nobis Accessio signat.
Aduentum vel itum tamen Accessus dare debet.
Accinctus vigilans industrius ac studiosus.
Discinctus negligens incomptus sit vel ineptus.
Accola sit montis prope montem qui colit vrbem:
Accola sic fluuij pelagi ⁊ campi vocitatur.
Incola sit montis qui monte in moenia seruat:
Incola sic fluuij pelagi ⁊ campi est vocitandus.
Appellatur Acus ab acuta cuspide nobis.
Hęc Acus huius acus sartoris dicitur esse.
Est discerniculum capitis vel Acus muliebris.
Hic Acus huius aci piscis:nam scribitur illud
Et satius tenues ducere credis Acos. Mart.
Qua vittas firmant sit Acicula:sit quoqz piscis.
Hoc acus ast aceris nempe est purgatio grani.
Sunt paleę quędam frumenti: Festus vt affert:
Hinc paleis mixtis dicetur terra acerata.

Ad

Est lapis hic Adamas durissimus:aqz damazo est
Quod domo significat.sed A fert sine.rumpitur autem
Hircino calido atqz recenti sanguine tantum.
Indozumqz Adamas lapidum dignissimus:isqz
Lymphatos curat pellitqz metus pauitantum.
Hunc etiam Solinus ait obstare venenis
Haud unq̃z inuentus maioz nucleo coryloz um.
Magnetiqz Adamas ferrum rapit:vt notat idem.
Indomitusqz Adamastos erit uox gręca latinis.
Approbat Addicit dicendo:alias quoqz damnat. F.
Olim erat Addictus qui cum nil soluere posset
Prętoris iussu poterat uęnire misellus.

Addictus

Addictus deuotus enim: tum obnoxius esto. N.
Additus hostis erit: Nec teucris addita iuno. V.
Frater adelphos erit: soror at dicetur Adelphe.
Fraternus vero dicetur Adelphicos esse.
Consumptum proprie nobis designat adesum.
Est locus hoc Adytum templi secretior ipse.
Quippe dyo ingredior: quid A signet diximus ante.
Hic Aditus vero est ingressus: voxq; latina.
Frumenti genus extat Ador sacris epulisq;
Aptum: dixerunt Edor olim quippe ab edendo.
Hinc salsę fruges fiebant: hinc ꝛ Adoro est. F.
Edocuit quidam sed Ador tamen esse ab Adoro. Pris.
Flexerunt veteres genitiuo Adoris vel adoris.
Illyricum pelagus nempe vrbs manet Adria iuxta:
Inde mare Adriacum. tamen Adria ponitur ipso
Proq; mari interdum: generis sed tunc maris esto:
Lucanus: Sonat ionio vagus Adria ponto:
Aspirant aliqui: cuidam tamen Adra vocatur
Vrbs ea: quod vulgo certe quoq; nomen habetur.
Aduersus vultum ostendens: Auersus at armos.
Aduersus contra simul erga significabit. F.
Vxorem alterius adiens vocitatur Adulter.
Stuprator viduę fertur seu virginis esse.
Incestum faciunt sacri consanguineiq;.

Ae

Aeacus inferni iudex: Minos: Rhadamantus.
Nempe iouis gnati: punit quęritq; retorquet.
Ex aditu est Aedis plano pede tunc ꝙ adibant. Var.
Aedis sit templum: templa atq; domus tamen Aedes.
Siq; aliter releges scito ꝙ fiet abusus. S.
Aede iouis dicas telluris siue mineruę:

Aut Aedes sacras: pro templo adiectio nam fit.
Aedibus a sacris Aediles sunt vocitati:
Illis prępositi curandis nãq; fuere: Val.
Aedituus tutor sacratę dicitur ędis. F.
Ex ęde Aedituus Varro vult atq; tuendo.
Aeditimusq; idem fertur velut intimus ędis.
Aedonus mons est quem thracia continet acris.
Aegeria (in fontem versa est lachrymando maritum)
Nympha numę coniunx ad aricinum nemus olim.
Aeacon enixa est Asopi filia regis
Aegina: hinc vrbs est genitricis nomine dicta.
Pectoris est Aegis proprie defensio: facta
Aere: caput medio dirę portando medusę. S.
Pellis amalthęę caprę (quam iuppiter ipse
Fertur habere) Aegis proprie est Lactantius inquit.
Aegisthus capris nutritus dicitur esse.
Aegle sit mulier: romanis splendor habetur.
Aegloga caprarum sermo recte euocitatur.
Aegon caprarum: sermo Logos esto latine.
Denotat Aegoceros capricornum: nãq; Ceras sit
Cornu romanis. Decimo Lucanus ꝛ inquit
Aegoceron Concrumq; tenet. Caprile sit Aegon.
Aegritudo animi: Aegrotatio corporis esto.
Corporis Aegrotus: animi vel corporis Aeger.
Fertur Aella mihi turboue procella latino.
Aemulus eiusdem studiosus siue imitator
Aut inimicus erit.
Anchisę Aeneas veneris quoq; filius olim
Dux troianorum: pietate insignis ꝛ armis.
Aeno ęnis laudo est: Aeneas dicitur inde
Qui laudandus erit. laus Aenos dicitur esse.

Obscurus sermo cunctis Aenigma vocatur:
Mater me genuit eadem mox gignitur ex me.
Aeolus est variusue dolosus quippe ferendus.
Aeon grecorum est:romanus transtulit Aeuum.
Aeternitatis proprie Aeuum Seruius inquit.
Nestoris vrbs fuerat positumq; in montibus Aepy.
Aepy sublime est:Aepys tamen altus habetur.
Aepos dicetur nobis vertexue cacumen.
Aepolus a nostris caprarum pastor habetur.
Aepolion grece caprarum grex bene fertur.
Aequales similes equeui ⁊ sunt vocitandi.
Aequor planicies fluuius mare nempe quietum.
Est medium spatium celi ⁊ terre simul Aer.
Aerugo vitium ferri vel ⁊ eris ab ere.
Aeschylus est tragicus grecorum quippe poeta:
Caluitiumq; gerens in aprico forte quierat:
Testudo ex aquila recidens caput omne resoluit.
Tertius Aeschines demosthenis emulus acer
Oratorq; fuit:Aeschines octo leguntur.
Aestiua appellant equitum ⁊ pecorum loca opaca.
Aestus sit ponti cõmotio ⁊ impetus ipse.
Temporis estiui ac solis calor Aestus habetur.
Aetates hominum quinq; aiunt:id patet infra.
Esto senex.iuuenis.adolescens.⁊ puer.infans.
Aeternum vere est sine principio ⁊ sine fine.
Perpetuum cui principium sed fine carebit.
Ponitur hic Aether pro celo ac igne poetis.
Ex Aetho nãq; est quod nobis ardeo dicit
Incendo ac vro.
Hinc equus est phoebi dictus siue hectoris Aethon.
Solis equi Phlegon Pyrois Eous ⁊ Aethon.

Solis equi lucis dicuntur quattuor horę:
Hęc rubet:hęc splendet:tamen hęc calet:illa tepebit.
Nosce phlego nobis inflamo significare.
Ast ardens Pyrois fertur: Pyr dicitur ignis.
Splendens a nostris illis dicetur heous.
Fertur Heos oriens:Eos aurora diesue.
Hinc venit Eous:cui longa est syllaba prima.
Semper heous habet correptam:Lucifer autem
Ac orientalis matutinus sit heous.
Aethon ast ardens vel splendidus esto latinis.
Aethica moralis(nam mos Aethos)vocitatur:
Diphthongum refugit tamen aptius Ethica semper.
Virtus est Aethos:sed Ethos sit consuetudo.
Consuetudo mala est Cacethos sic ipsa vocanda.
Inde Ethicam febrem consuetam intellige dici.
Aethna est trinacrię mons flamiger vndiqz notus.
Aethram fulgorem dixerunt ętheris esse.
Aethra etiam genitrix ipsius theseos olim.
Aex ęgos capra est.

Af

Appetit Affectat reperitur significare.
Corporis aut animi est Affectio tempore acerbo
Aut lęto ⁊ facili mutatio:debilitas vt
Lętitia atqz metus sic ipsa molestia morbus.
Est dispositio nobis Affectio dicta.
Affectus quartę sit passio sitqz voluntas
Est ęmulatio Affectus fiducia ⁊ ira
Est ⁊ amicitia aut odium vel simile quicquid.
Affines agris vicini aut sanguine iuncti. F.
Coniugis Affines:Agnatos dicito patris:
Cognatos etenim genitricis dicimus esse.

Agnati includunt cognatos Paulus ut inquit:
Non tamen e contra.

Ag:

Est Agamos cõmune quidem sine coniuge nobis.
Aonię fons est musis sacer hęc Aganippe.
Valde Agan ostendit: sed equus bene dicitur hippos.
Pegasus effodit pede pegen: quę mihi fons est.
Fingitur id uero quia cadmus ductus equis hunc
Inuenit fontem: de quo Solinus abunde.
Ductor asellorum vel equorum fertur Agaso:
Ex ago descendit (Pompeius ut inquit) Agaso.
Mulio dux muli est: ouium tamen Opilio sit.
Opilio a multis fertur mutando elementum.
Nempe Bubulcus erit bobus: suibusqz Subulcus.
Est Agathosqz bonus.
Fertur Agenor eis: romane quippe superbus.
Axis Agina quidem uoluit qui nempe statheram.
Nanqz agit hęc fertur mensuram ponderis ipsam.
Hinc ⁊ Aginator qui parua ad lucra mouetur
Est ager hic Agros romane: campus id autem.
Campus planicies ampla ⁊ spatiosa platea.
Agger erit tellus vallo quę apponitur ipsi:
Estqz vię medię tumor Agger rite ferendus.
Aglyphos nobis non sculptus dicitur esse.
Est Glyphos sculptus: nam glypho sculpo notabit.
Agmen procedens exercitus impetus atqz.
Plurali numero designat Agonia ludos.
Fertur Agon ludus certamen seu locus ipse.
Signat Agonizo certo contendoue nobis.
Rusticus Agricola ex agros uenit ⁊ colo quippe.
Agrios agrestisue ferox imitis habetur.

Agrippam uocitant pedibus qui nascitur ante:
Ex ęgro partu fertur Marcellus vt inquit.
Agria nempe dolor: pus pes est: inde ⁊ Agrippa
(Ut dicunt alij) qui forte pedem dolet esto.

Al

Ala equitum est ordo: pedites tegit ala velut ę.
Alba est ex alba sue dicta: vt Varro notauit.
Naturaqz loci longa Alba est rite uocata.
Sunt duplices Albę: Albanos tamen altera format
Alteraqz Albenses: Varro tibi testis in hoc est.
Albula tybris erat: Tyberini ab nomine Tybris.
Albus natura: studio fit Candidus ille.
Id tamen auctores confundere sępe videbis.
Album certe alpum quondam dixere sabini:
Alphe candorem nam denotat: hinc simul Alpes
Perpetuis albent niuibus quia sunt vocitatę.
Galli altos montes dicunt (fert Seruius) Alpes.
Italię quondam muro quasi cuncta superbo
Claudebant Alpes nę gallia posset obesse.
Annibal has autem ferus igne ⁊ rupit aceto.
Alcęus lyricus mitylenęusqz poeta.
Alcesta admeti coniunx nę uir moreretur
Ipsa mori voluit: quibat non viuere coniunx
Ni pro se quidam quędam vel sponte periret.
Certe Alcibiades rebus fuit omnibus aptus:
Et genere ⁊ forma summus: fuit induperator:
Plenus consilijs: dicendo obsistere posset
Cui nemo: diues patiens affabilis atqz
Virtute ac vitijs plenissimus omnibus omni.
Tot diuersa quidem esse admirabantur in vno.
Alcyon ab gręcis: nostris Alcedo vocatur. V.

Phęacum Alcinous rex q̃iustissimus: atq̃
Hortorum cultor cantatus sępe poetis.
Herculis Alcmenam genitricem nosce fuisse.
Alcmeon matremq̃ Eriphylen tradidit ensi
Ultus nempe patrem thebano in marte caducum.
Tisiphone: Alectoue: Megęraq̃ tres furię sunt.
Ultio vel poena est Tisis: punitio siue.
Nempe phone atq̃ phonos cędes vel mors vocitatur.
Alectos tamen est incessans quippe latine.
Odi ac inuideo dicunt signare Megęro.
Alphęno inuenio: pastor fuit Alphesiboeus:
Inuenienscq̃ boues aut inquirens bene fertur.
Alpho est inuenio. Alpheo inquiro mihi signat.
Alga maris herba est: fertur tamen Ulua palndis.
Tristitia atq̃ dolor frigus quoq̃ dicitur Algor.
Ab gręcis fertur (romanis unctor) Aliptes.
Ungo quidem nobis gręcum designat Alipho.
Unctio pingue simul nobis dicetut Aliphe.
Alma quidem sancta est seu pulchra aut dic ab alendo.
Elidis Alpheum describunt arcados amnem:
Sub mare qui refluens longa interualla secutus
Ore aretbusa tuo siculis confunditur undis.
Diuorum superum sunt tantum Altaria quippe:
Infernis superiscq̃ simul donabitur Ara.
Alter Uterq̃ simul Neuter quoq̃ iunge duobus.
Alter rite duum fertur: notat atq̃ secundum.
De multis proprie Primus dices: Aliusue.
Sed Prior ac Alter dices herere duobus.
Altile opulentum signat vel pingue ab alendo.
Altilia appellant animalia quę sed aluntur.
Altilis vt piscis: vel auis quadrupes aper vrsus.

Alueus hic apium cupa est: Aluearia septa.
Alueus hic fluuij cursus: muliebre sed Aluus
Quo excurrunt sordes: venter qui cernitur esto. S.
Aluus erit venter mulieris dicta ab alendo. F.
Est Uterus venter mulieris concipiendi.
Est ⁊ qui nutrit vel qui nutritur Alumnus:
Qui prohibet non rite quidem testabimur id nos.
Plinius italiam cunctarum appellat Alumnam.
Syllius in nono libyę quoqꝫ dixit Alumnę.

Am:

Persa ab romanis narratur Amaracus esse.
Priuerni flumen siculorumqꝫ est Amasenus.
Mentis Amicus erit: sed Amator corporis esto.
Est Amathos puluis nobis seu fertur arena.
Est Amathus cypri vrbs: quinto ceu Plinius inquit.
In scythia fuerant vt fertur Amazones olim:
Perqꝫ asiam sparsę multum cępere sagittis:
Hę coitumqꝫ uiꝫ fugientes uere petebant
Ut grauidę fierent: puerosqꝫ necare: puellas
Solum nutribant: dextra mãma omnibus usta.
Inde datum nomen. sine signat A: mãmaqꝫ Mazos.
Circuitus domuum nobis datur Ambitus esse.
Binos ille pedes medium quoqꝫ poscere fertur.
Crimen auaritię simul affectatus honos est.
Ambitio est animi: sed dicitur Ambitus actu.
Ambitione quidem peccat laudem uel honores
Plus ęquo cupiens. fiet tamen Ambitus ipse
Munera quum danturue pecunia blanditięue
Publica quo teneant uel munera quo uel honores
Ambrosios diuinus enim ĩmortalis ⁊ esto.
Hortus Amoenus erit qui ad sese ducit amandum.

Nempe voluptatis plenum signabit Amoenus.
Amentum iaculi medio circumdata res est.
Amentatq; iacit: Jaculum amentauit habena. Luc.
Immodestus erit certe aut imensus Ametros.
Matre carens lector grece dicetur Ametor.
Nempe patris sororest Amita: & Matertera matris.
Quos soror & fratres generant dices Amitinos.
A patruis vero Patrueles scito creatos.
Ast Consobrinos geminę genuere sorores.
Vulgus at hos omnis Consobrinos putat esse.
E consobrinis patruelibus ac amitinis
Sobrinos dicunt generatos: Caius vt inquit.
Ammos vox greca est a nobis fertur arena:
Juppiter hinc Ammon libyca regione vocatur.
Amnem dic aliquid flumen quod circuit esse: Uar.
Ambio nanq; dedit. Pompeius nominat Amnem
Ex Amphi circum Nare &: qui Nat fluit idem.
Uere quinq; modis diuus signatur Amoris:
Cęcus. & alatus. nudus. puer. & pharetratus.
Est ambiguitas quę dicitur Amphibolia
Ambiguus tamen Amphibolos mihi dicitur esse.
Amphilogos dubius sermo. creat Ambo sed Ampho.
Dictus & Amphion thebanę conditor vrbis
Saxa mouere sono testudinis & prece blanda
Ducere quo vellet. fert id Uenusinus in arte.
Herculis Amphitryon coniunx genitricis habetur.
Amphitryoniades hinc fertur sępe poetis.
Est Amphitrite neptuni vt scribitur vxor.
Pro sed aqua fertur quę terram circuit omnem.
Ex Amphi circum componitur & tero quippe.
Thessalię Amphrysus flumen: prope pastor Apollo

Armenta admeti regis pauisse notatur.

An

Desuper insculptum romane fert Anaglyphon.
Glypto nam sculpo:sed desuper est Ana nobis.
Exanguem proprie romanis signat Anęmos.
Est Anemos ventus.
Romane similis gręce sed Analogosesto.
Tellure in sicula leuiter decurrit Anapis.
Varro Anatem vult a deduci quippe natando.
Fertur Anaxagoras gazam donasse propinquis:
Tum se ad naturam rerum tribuit speculandam:
Publica priuata ⁊ spernens:Cuidam sibi sanxi
An patrię sibi cura foret:respondit acute
Cura mihi patrię summa est:cęlo ⁊ digitum fert.
Nati morte sibi narrata(est Tullius auctor)
Mortalem dixit non me genuisse latebat.
Anceps est dubium:q̃ vtraq̃ in parte caput sit.
A capio siue est:vtrinq̃ capi valeat q̃.
Signat vtrinq̃ nocens Anceps:vtrinq̃ ⁊ acutum.
Anceps est dubium:duplex:hinc inde ⁊ acutum.
Ancyle e cęlo scutum breue tumq̃ rotundum:
Rege Numa cecidit:responsum postea fertur
Illic imperium fore quo consisteret illud.
Ancona aut Ancon piceni est vrbs:cubitumq̃
Designat nobis:hinc Ancus Martius ille est:
Incuruum sedenim cubitum portasse refertur.
Vir simul ⁊ mulier romanis Androgynos sit:
Andros dic hominis:mulieris dico Gynes sed.
Hectoris Andromache coniunx:componitur autem:
Andros dic hominis:sed pugna Mache vocitatur.
Angelus ab gręcis fertur:mihi nuntius esto.
Nuntioq̃ Angello verbum signare tulerunt.

Est genus hęc morbi faucisq; Angina: q̄ angat.
Angustum vicum notat Angiportus iterue.
Corporis aut animi cruciatus dicitur Angor.
Anguis ⁊ hydr⁹ aquę: Coluber nemoꝝ: Draco tẽpli est
In terra serpens: a serpo nanq; vocatur.
Dicitur at Coluber quoniam nemorum colit vmbras.
Aspicio Derco: Draco nempe enascitur inde.
Nanq; aciem retinet peracutam peruigilemq;.
Hinc sibi templorum custodia: vel datur auri: Mac.
Angulus est dictus q̄ ibi angustus locus insit.
Spiritus est Anima ⁊ quo viuimus: est habitusq;
Oris: odorq; etiam rerum: ventus: sonus atq;:
Et furor ac ira est. N.
Nempe Animo sapimus: Anima sed viuimus ipsa.
Est Anima at debilis animo sine: Nonius auctor.
Mens Animus proprie ac anima diuinior ipsa: Mac.
Est Animalq; anima concretum corpus habendum.
Annales dici historię lector bene possunt:
Historię vero annales non rite feruntur: Gel.
Cuiusq; Annales anni libri acta docentes: Diom.
Ex anno Annona est: sit copia siue alimentum.
Annus romane: gręce autem dicitur Ennos:
Aut ex An circum referens: quia circuit annus.
Tercentum quinq; ⁊ tum sexaginta dies sunt
Anni solaris: sex horas adijciendo.
Hinc anno quarto bissextum semper habemus:
Bissextum dic: q̄ bis sexto dico calendas
Littera in. f. semper.
Annulus est annus paruus: puer vnius anni
Dicitur Anniculus. tamen Agnellus tener agnus.
Anulus est digiti: paruusq; sit Anulus anus.

Nomine qui nullo est dicetur Anonymus esse.
Anser ⁊ ab voce est: Varro velut indicat ipse.
Antemnę ante amnem dicuntur moenia ⁊ vrbes.
Antęos fertur nobis contrarius esse.
Anti significat contra ⁊ pro sępe latine.
Antidotum nobis contraqz datum reperitur.
Antilogia quidem fit contradictio nostris.
Antiphona quidem vox esse reciproca fertur.
Nobilis Antiquus: vetus ⁊ quoqz charus habetur.
Quippē canem lector vox hęc designat Anubis:
Mercurium forma hac ęgiptus tota colebat.
Fertur Anubis enim gnatus sed osiridis esse.
Atqz canem armorum dicunt insigne tulisse:
Inde ibi forma canis colitur: quod fert Diodorus.
Rite sacerdotum princeps Antistes habetur:
Est Anus ab grecis: intellectum quia Nus dat.
Dementem nobis dat Anus: cōmuneqz nomen.
Anxyrus est proprie barbatus: iuppiter ipse
Est a campanis sic cultus: sic quoqz dictus.
Anxyrus imberbis cuidam tamen esse notatur.
Anxur erat quondam quę Tarracina vocatur.
Conturbo romane tibi dat nempe Taratto.
Hęc olim Trachina quidem hoc est aspera dicta. St.

Ao

Aonides musas dicunt ex aone fonte
Illis sacrato: Veruntamen Aones ipsi
Boetes primi cultores sunt vocitati. St.
Est Hippocrene fons illic: est Aganippe.
Hippos equus fertur: Crene fons dicitur esse.

Ap

Pictor cous erat prę cunctis clarus Apelles:

Hinc ⁊ Alexander pingi voluit nisi ab illo.
Fertur Aristides thebanus par sibi tantum.
Est Aper ex apros: siue aspera q̃ loca quęrit.
Fertur Apes quoniam sine sit pede quum datur ortus.
Fertur Apex summo capitis quod flaminis extat
Lanicium paruum proprie: summũ vel Apex est.
Est Aphilos certe quisquis sine viuit amicis.
Aphrica romanis sine frigore dicitur esse.
Nanq̃ phrice frigus: sed A fert sine semper apud nos.
Nauis ⁊ Aplustre est ornatus non opus illi.
Apocalypsis enim nostris reuelatio fiet.
Dat re Apo: sed velo dicunt signare Calypto.
Absconsus secretus item sit Apocryphus ipse.
Est Cryphos absconsus: re Apo dat vel ab vsq̃ latinis.
Responsum nobis dicetur Apocrisis esse.
Est Apodixis idem quod demonstratio nobis:
Fert A sine: ⁊ Polli multos: hinc fertur Apollo:
Pro sole accipitur quia solus luceat ipse.
Nempe rebellis erit qui fertur Apostata gręce.
Signat Apostello mitto: sed Apostolos illis
Nuntius est nobis vel missus quippe ferendus.
Inde etiam dicunt descendere Epistola nostri.
Aut ab Epistello est potius mitto quoq̃ dante.
Sole calens locus est Apricus: quiq̃ moratur.
Nobis designat rite Aptotum sine casu.
Ptosis romane casus describitur esse.
O magnum recipit gręce: produximus inde.

Aq

Fertur aquis animal quod degit Aquatilis esse.
Est Aquilo siccus tum frigidus: is Boreas est.
Mutatę formę sexto isq̃ volumine fatur:

Apta mihi vis est: qua tristia nubila pello:
Et freta concutio: nodosaqz robora verto.
Induroqz niues: ⁊ terras grandine pulso.
Idem ego quum fratres cęlo sum nactus aperto
Nam mihi campus is est: tanto molimine lucto:
Ut medius nostris concursibus insonet ęther:
Exiliantqz cauis elisi nubibus ignes.
Idem ego quum subij conuexa foramina terrę:
Suppositiqz ferox imis mea terga cauernis
Sollicito manes totumqz tremoribus orbem.

Ar

Solinus scribit q̃ fertur Arabia sacra.
Vermis qui foribus suspendit Aranea casses:
Hęc ⁊ Aragne etiam: vel Arachne: ⁊ Araneus esto.
Compono aut apto vel congruo signat Arao.
Gallia fert Ararim quę narbonensis habetur.
Est Ararus scythię: sed Araxes armenię sit.
Fert Arotron grecus: sed Aratrum dico latine.
Iudicat arbitrio siquis tunc Arbiter esto:
Iudicat at legem seruans Iudex tamen ipse.
Arbor vti scribunt a robore dicitur esse.
Arbustum locus est qui consitus arbore multa
Quam vites scandant. Arbor simul ipsa vocatur.
Arcanum dicunt absconsum siue secretum.
Arcesilaus vbi sapientia contigit ipsi:
Moeonidę musis noctesqz diesqz vacabat:
Immodice tandem potus semel astra reliquit.
Archetypus nostris recte exemplaris habetur.
Esto figura Typos: tamen Arche princiqz palis:
Archos enim princeps: Arche quoqz principium sit.
Nempe syracusius geometres dicitur olim.

Esse Archimedes.pro tempore tempus habeto.
Is patria capta signis attentus:ab hoste
Occiditur:nihil aduertens hostisue rapinę
Architas vrbe:est oriundus quippe Tarenti
Philosophus'prestans ac sectę pythagoreę.
Isq; dionysi manibus scribendo platonem
Damnandum eripuit:nec virtus defuit vlla.
Preceptor fuerat tulli ast Archia poeta.
Archtriclinus erit conuiuia digerit is qui.
Conuiuiq; locus Triclinium habebitur ipse.
Archimagirus erit princeps cocus euocitandus.
Nanq; Magiros erit nobis cocus ipse latinis.
Est Architectus princeps faber ipse domorum
Ursa Arctos grece est:Arctous at est borealis.
Arctophylax vrsę custos idemq; bootes.
Arctophylax vulgo qui dicitur esse bootes:Tul.
Stella micans radijs Arcturus:cauda sed vrsę
Dicetur nobis:sub pectore stateq; bootę.
Artos enim panem tollendo.c.significabit
Telorum est Arcus:fornixq; vocabitur Arcus.
Circulus est Arcus:tamen iris continet Arquum.N.
Arcus dicatur q̃ longius arceat hostes.
Seruius in quinto docet hic hęc iridis Arquus
Iride pro hic Arquus Cicero huius protulit Arqui.
Ennius hęc Arquus ponens quartę associauit.
Area quippe locus vacuus qui exaruit esto:N.
Area quo arescunt locus ꝛ frumenta teruntur.U.
Edocet ac Varro q̃ ab areo fertur Arena:
Hęreo sed lector recte producit Harenam.
Pagus erat martis qui dicitur Areopagus.
Areos est martis;sed Pagos vicus habetur.

Areopagitę qui in templo martis athenis
Judicium quod erat pręclarum quippe ferebant.
Nempe syracusius fertur fons esse Arethusa;
Argennos gręce nobis est splendidus albus.
Strenuus Argetos velox ⁊ candidus esto.
Argyrion nobis argentum dicitur esse.
Argyros illud idem.
Attica fert Argos minimum quod distat athenis:
Thessalię est Argos quod nempe pelasgicon aiunt.
Argos achaia simul tenet hippion euocitatum.
Jd tamen affirmant longe haud distare mycenis.
Hęc Argo dicta est nauis quam duxit iason.
Ex architecto:seu velox quod notat Argon:Diod.
Argiripa aut Arpi diomedi erat appula terra.
Est breuis Argutus sit callidus atqz sonorus.
Archilocho siculo est fundataqz Aricia quondam.
Est Aries animal sidus tum machina belli.
Fertur Arista quidem spicę pars prima q̃ aret.
Jngenium facile ⁊ cunctis tenuisse paratum
Fertur Aristippus:dilectus ⁊ hinc dionyso.
Solus Aristides dictus cognomine iustus.
Alter Aristides pręclarus pictor habetur.
Fertur Aristophorum vas id quo prandia portant.
Nanqz Phoro porto est:sed Ariston prandion inquit.
Optimus a nobis illis dicetur Aristos.
Tractat Arithmetice numeros ars:fertur Arithmos
Nam numerus:ipsa hinc numeralis rite vocatur.
Hinc Numero legitur ratione quod accipiendum est.
Compositi numero Haro profert:in numerumqz.
Tum vero in numerum faunosqz ferasqz videres
Ludere:idest rithmum:rationem aut dicere debes.

Jnstrumenta

Instrumenta artis cuiuslibet Arma vocantur. S.
Armaq; ab arcendo dicuntur: Varro velut fert.
Arma ⁊ dicuntur proprie pendentia ab armis:
Vt scutum gladius thorax: sunt Armaq; tela. F.
Armamenta ferunt vbi ponunt arma carinę.
Armentum pecoris genus est q̃ ad arma sit aptum:
Terga boum scutis: sed equi pugnando valebunt.
Armenta appellat Varro quasi dicta aramenta.
Magnorum Armentum: grex parua ⁊ magna tenebit.
Lanigerosq; greges: armentaq; bucera pauit: Ouid. vi.
Bucerięq; greges sub eodem tegmine cęli. Lucret. ij.
Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Prestiterit: totidem lectas de more bidentes: Vir.
Armiger in pugnam domini gerit arma: velut sunt
Tela, arcus, scutum, vel lancea, siue pharetra.
Armillę manuum leuarum ornatus habetur.
Vitalis vena est Arteria semita siue
In quo vitalis sit spiritus ipse repostus.
Artitusq; bonis instructus ab artibus esto. F.
Durum inter pellem viscus quoq; pingue vocatur
Aruina: interpres quod protulit ipse maronis.
Ales Hirundo nigra est. nat Hirudo. cannaq; Arundo.
A voce ipsius vocitari fertur Hirundo. V.
Dicitur vt legi: quia carnibus bęret Hirudo.
Arx est pars vrbis tutissima: turris at hęc est.
Arceo fert Arcem q̃ ab ipsa pellimus hostem.

As

Ex ęre As nūmus libralis dicitur esse.
Denotat As libram. Sextans bina vncia fertur.
Tres retinet Quadrans: sed quattuor adde Trienti.
Quincunx quinq; tenet: verum sex Semis habebit.

Septunx dat septem. Bessis Bes siue dat octo.
Bodrãs quippe nouem. Bextansq; Becũxue decẽ fert.
Rite decem atq; vnam scito retinere Deuncem.
Unde aliqui nequeunt vi tolli fertur Asylum.
Sylao Syloq; simul prędoz dat: Asylum
Inde venire putant: sine signat A sępe latinis.
Oestrus gręcozum est: fit Asilus quippe latine.
Plinius ac plures etiam dixere Tabanum.
Asseclę domini q̃ iussis omnibus assint. N.
Assum fert Uarro quoniam assudescit ab igni.
Aster romane stella appellabitur ipsa.
Astericus vero dicetur stellula nobis.
Astron sidus erit stellis ex pluribus actum.
Hectozis Andromaches gnatus simul Astyanax est.
Urbs Asty gręce: sed Anax tutatoz habetur.
Hectoz enim genitoz solus defenderat vrbem.
Fertur Anax ⁊ rex.
Astronomia potest astrozum regula dici.
Nanq; Nomos gręce romane regula fiet.
Astrozum sermo ratio simul Astrologia.
Dicitur Astutus certe quasi tutus ab arte. F.

At

Immortalis enim dicetur Athanatos esse.
Diua minerua quidem gręce appellatur Athena.
Esse deumq; negans Atheos: deus est Theos illis.
Est Athesis fluuius Ueronam is diuidit vrbem.
Athletam pugilem luctatoremue notarunt.
Indiuisibilis siue indiuiduus extat
Hęc Atomus: nobis incisio quippe Tome fit.
Mons ⁊ Athos thracum siue hęmonię reperitur;
Arduus ac ingens; ⁊ nubibus altioz imbri ⁊.

Arbs erat in summo: medioq; ibi longior ętas.
Gręcia dicit Atos: roma insatiabilis inquit.
Clotho ferto colum: Lachesis trahit. Atropos occat.
Clotho ortum: Lachesis vitam: mortem dabit illa.
Hę sunt tres parcę: seu mauis dicere fata:
Quę bona quę, mala dant nascentibus illico cunctis.
Hinc parcę a partu dictę: mutatur enim. t. Sel.
Clotho significat mihi circumuoluo neoq;.
Sortitur Lachesis nobis: sors nam lachos ertat.
Est Atropos veruntamen imutabilis ipsa.
Attonitus proprie tonitru stupefactus habetur.

Au

Auceps ex auibus capiendis dicitur esse.
Auctio venditio publice quę fit vocitatur.
Actio sed fertur prolatio sermo vel ipse.
Conditor est Auctor: dux est vel causa vocandus.
Est Auctor belli vt dicunt: pacis simul Auctor.
Quiq; agit orator causam bene dicitur Actor:
Qui gestum vultus vel corporis istrio sicut.
Auctorare quidem obligare est subjcereue.
Auctoramentum sic obligatio fertur. Val.
Quiq; in militiam forte eligit ille profecto
Auctorat: docuit Saphus interpres id apte.
Auctoramentum sic est ascriptio dicta.
Exauctorare est quum tollitur auctoritas sed:
Imperioq; suo missum facere ac remouere.
Auctoritas ius est ⁊ dignitas atq; potestas.
Audax esto malus: bonus Audens dicitur esse.
Aurora ac splendor romanis dicitur Auge.
Est Augur qui auium intendit vocesq; volatus
Cunctaq; signa quidem rerum occurrentia nobis.
Aulos gręcorum vox tibia fistula siue.

Nempe via sine fertur Auis nanq; auia lustrat.
Fertur ab aduentu vel Auis Pompeius vt inquit.
Inde etenim veniunt vnde haud ipsi meditantur.
Aulęa appellant greci velamina picta:
Aule nanq; atrium fertur signare latinis.
Aura fauor splendor ventusq; notatur haberi.
Auris pars capitis qua audimus dicitur esse.
Auricula exterior pars auris rite vocatur.
Auribus a magnis Auritus dicitur apte:
Cui bonus auditus simul est Auritus habetur.
Aurora ante ortum solis splendor sit habendus.
Auspex prępositus celebrandis connubijs est
Parte viri: vxoris nam Pronuba parte vocatur.
Militię interdum sed pro duce ponitur Auspex:
Nil desperandum teucro duce ⁊ Auspice teucro: Hor.
Auspiciumq; auium conspectio sitq; volatus
Sit vox ⁊ cantus: sit principium quoq; ductus.
Cunctorum Augurium sit coniectura vocatum.
Augurium ex auium garritu Festus vt inquit.
Monstrant ostendunt Monstra ac Ostenta futurum.
Omen erit votum mentis votum quoq; vocis. N.
Portentum portendit enim apportat simul illud
Quod monstra ac ostenta notant. Portenta vocantur
Crinitę stellę atq; tonitrua facta sereno.
Prodigium certe cunctorum pessimum habetur.
Nanq; minę diuum: diuum dicuntur ⁊ irę.
Sola nouum dictuq; nefas harpyia celeno
Prodigium canit: ⁊ tristis denuntiat iras. Vir.
Auriga Automedon siue armiger extat achillis.
Autumnum dicunt ex augeo: tunc hominum res
Augentur: fructusq; simul collectus ab agris.

Est patris Patruus; genitricis Auunculus esto.
A patre fit Patruus; sed auo fit Auunculus ipse.
Est Auus; iñ Abauus. Proauusq; Atauus. Tritauusq;
De quibus instituet legum te portio terna.
Sicq; Nepos, ab, pro, siue at, tri, suscipit apte.
Auxilium ex auctu; quum exercitus aduena forte
Auxilio accessit. Prędsidia quippe vocabant
Quum prędsidebant castra extra vt tuta manerent.
Qui subsidebant Subsidia ferre solebant.
Ex obsidendo ast Obsidia dicta notantur.

Ax

Axis nempe poli sit linea longa vtriusq;
Fertur; ⁊ hinc stipes rota per quem voluitur Axis.
Axis pro cęlo; boreali ⁊ parte notatur.
Axem puncta duo claudentia quippe poli sunt.
Arcticus altus erit polus; est Antarcticus alter.

Az

Azymus a nobis sine fermento vocitatur.
Manq; Zyme signat fermentum; sed sine fert A.
Azelos sine amore potest mihi dicier apte.

Ba

e St Babylon gentis chaldęę vrbs ⁊ caput oīs:
Milia quę circum se seraginta tenebat.
Bis centumq; pedum fuerāt sua moenia summa
Crassa tamen dicunt; sed quinquaginta fuisse
Solinus docuit, fluit Euphrates simul inter.
Dat Babylonq; babel: confusio dicitur illud.
Qua (babel arx fuerat) linguę confusio facta est.
Baculus est Bactron neutri generis apud illos.

Sit Badius sonipes phoenicis cui color insit.
Balbe est obscure:sic Balbutire feremus
Siquis confusa lingua ⁊ trepidante loquetur.
Bęlua Balena est:pistrix eadem:quoqꝫ Cetus.F.
Balena a nobis:gręcis phalena vocatur.
Conspicua est certe nostris dicenda latinis.
Balista a ballo est:iacio quod signat apud nos.
Balsamum at arbor erit:composita sed inspice cautus.
Est lignum Xylon:nam succus Opos vocitatur.
Fructus erit Carpos.coniunctis tollitur ast S.
Hinc Juuenalis ait:spirant opobalsama collo.
E corio cinglum bullatum Balteus olim.Var.
Bambacium scribunt vel bambicium bene dici.
Baptismus poteris:potes hoc baptisma vocare.
Jd tamen a nobis imersio dicitur esse.
Baptizo grece designat mergo latine
Est locus inferni Barathrumqꝫ profundus ad ima.
Est locus at proprie(Diomedes auctor)athenis
In quem prącipites soliti sunt ferre nocentes.
Barba pili:Mentum fertur locus esse pilorum.
Barbarus omnis erit prąter gręcosqꝫ latinos.F.
Barbarus ille quidem fertur qui fatur inepte.St.
Stultus ⁊ ingenio tardus mihi Bardus habetur.
Cantor apud gallos proceruꝫ Bardus quoqꝫ fertur.F.
Hinc Lucanus ait:fudistis carmina Bardi.
Est elephas Barrhus:Barrhire hinc dicitur ipse.
Quid tibi vis mulier nigris dignissima Barrhis?Hor.
Basia nulla decent:tamen Oscula sępe probantur.
Batrachus a gręcis fertur:sed rana latinis.
Battologia quidem multiloquium vocitatur.

Be

Ille Beatus erit: cui rerum copia grandis. Val.
Foelix est compos cunctorum quippe bonorum. Val.
Nempe animo retinens bona cũcta beatus habet. Sen.
Absq; malo degit retinens bona multa beatus. Tul.
Neue putes alium sapiente bonoq; beatum. Hor.
Omne genus mensę Bellaria dico secundę.
Bellum sępe quidem pugna est: discordia sępe.
Virgilius dixit media inter prślia belli.
Bellum dic prudens pulchrum: quandoq; parumper
Esse bonum signat.
Quicq; bonis donat dignis simul: esto Benignus. F.
Uncia Bessis erit vel Bes quater ac quater aucta.

Bi

Est vinum Bibile: at Bibulum coniungis arenę.
Quod bibit est Bibulum: Bibile atq; bibi valet apte.
Librorum numerus locus ipseue Bibliothecа est.
Bibliopola tamen librorum venditor extat.
Nam Polo vendo: Biblos liber euocitatur.
Nempe volumen eritue libellus Biblion apte.
Quod binę pecudes mactentur dico Bidental. N.
Pompeius vocitat templum quo talia fiunt.
A bina vxore est Bigamus: tres Trigamus implet.
Duplicis at linguę vel fallax esto Bilinguis.
Annorum spatium Bimatus quippe duorum.
Dicetur Bimus. Trimus. Quadrimus: amice:
Qui binos retinet qui tres qui quattuor annos.
Rite duum mensum scito signare Bimestris:
Extaq; de porcis cruda bimestre tenet. Fast. vi.
Cui nomen geminum fueritq; Binominis esto:
Ut Quintuspaulus Sextuspompeius ꝛ vltra.
Byrsa est vox tyria: ac signans tergus coriũue.

Arx media fuerat carthagine Byrsa vocata. St.
Esto genus lini tenuis tibi Byssus amice.
Constantinopolis dicta est Byzantion olim.

Bo

Frustulum idest morsus Bolus Veliterne vocandus.
Sed Bolos in grecis iactus describitur esse.
Est Bombus sonitus: sono grece Bombeo fertur.
Quis Bonus est? Clemensue benignus iust' honestus.
Qui consulta patrum: qui leges iuraqz seruat.
Rite bubulcus erit nobis romane Bootes.
Dat Bothros fossam fundamentūue latinis.
Est Boreas aquilo ventus: septentrio siue
Quem iuxta esse aiunt.
Botryo vel Botrus totum: pars esto Racemus. S.
Botrys grecorum vox nempe racemus habetur:
Botrus apud nostros.
Est Boa lymbharum serpens: a voce bouis fit.
Hubera quippe boum sugens fit maxima pinguis.
Funditus ac vastat quascunqz tenet regiones.
In Vaticano (dum Claudius induperator)
Infans occisę solidus spectatus in aluo est. Sol. Plin.

Bu

Bubos mutus erit: sed Bucolos esto bubulcus.
Regis Alexandri sonipes fit Bucephalus: Q
Is capitis bubuli fertur tenuisse quid instar. F.
Aut armo quoniam tauri caput ille gerebat
Erustum: veluti Solinus protulit: addens
Regali accepto strato nullum voluisse
Ni dominum ferre: ast alias portabat alumnum.
Bucolicus nobis recte armentarius esto.
Buccinus esto canor: tuba Buccina dicitur esse: Cap.

Buccinus est etiam tuba:nono vt Plinius inquit.
Buccina dat belli signum:Tuba prelia miscet.
Bulga est folliculus Marcello teste:Crumenam
Dixerunt veteres:A gallis scorteus autem
Sacculus accipitur Bulga hec Pompeius vt inquit.
Bumãmam nostri:greci Bumasthon ⁊ aiunt.
Bu magnum signat:dicetur mãmaqz Masthos.
Magnam Virgilius Bumasthon nominat vuam.
Bura simul Buris cauda euocitatur aratri:
Nam bouis vra quasi est.caudam signabit ⁊ Vra.
Natus equo ac asina Burdo ac Hinulus vocitatur.
Mulus equa fiet.ceruę est Hinulus quoqz natus.
Burrhum designat ruffum:fert gręcia Pyrrhum.
Dico locum Bustum:combustus mortuus est quo
Atqz sepultus item:modo dicunt Busta sepulcra.F.
Dicitur ipse bouis mihi caseus esse Butyrum:
Cum Butyro Macer ille tulit.Bus nempe bouem fert:
Caseus est Tyron:proprie sed pingue vocatur
Lactis:quo durum magis est et pinguius ipso.

Bl

Blax stolidus nobis mollis lasciuus habetur.

Br

Brachę dicuntur vestis pudibunda recondens.
Nam Brachys breuis est.Briaros fortis reperitur.
Multi aiunt Bracas vel Braccas esse ferendum.
Rite breuiloquium designat Brachylogia.
Brachtea pertenuis:sed Lamina crassior extat.
Argenti ac auri sit Brachtea portio lata.
Lamina sit ferri stanni plumbi vel eorum.
Dic Bromium bacchum:Bromo a consumo notãte est
Nam modice sumptus superantia cuncta resoluit.

Vel dic a Bronte tonitru quod signat: eo q̃
Natus cum tonitru fuerit: genitrice perempta.
Sit Bromos tonitru: Bronte quoq̃ dicitur esse.
Bentibus ore simul productis Broncus habetur.
Bronchus erit guttur: vel passio gutturis ipsa.
Broscho a Bruchus erit: quod signat rodo latine.
Pars hyemis breuior Bruma est: ros mane Pruina.
A breuitate quidemq̃ dierum Bruma vocatur.
Brutus hebes siue obtusus ceu Nonius inquit.

Cac

q Vo caro decoquit Cacabus: grece a sonitu fit
Atq̃ cibo quodam Cacabũ vult Varro vocatũ
Appellant Hollam romani: fictile vas est.
Hinc Holus appellat Varro.
Consuetudo mala ẽ Cacethos: Cacos ẽ malus: ac mos
Est Ethos in grecis.
Nempe solutus erit risus Veliterne Cachinnus:
Canchasmos grece est. Canchazo dico Cachinnor
Est timidusue malus nostris Cacos euocitandus.
Compositura mala ast vocum Cacosyntheton esto.
Nam Syn con: positum Theton aiunt significare.

Cae

Cecus eget lucis: nam cernere nil valet vsq̃.
Unum Luscus habet: Cocles quoq̃ dicitur idem.
Luce hebeti cernens Luscicius est vocitandus.
Noctu quippe videns melius q̃ luce sit idem.
Luciosus erit qui vespere non bene cernit.
Quod primum Festus: quod postea Nonius inquit.
Obliquis spectans oculis Srabo quippe vocatur.

Lippus habens oculos lachrymantes dicitur esse.
Cęlum scalpellum signat: vel fertur olympus.
Cęsar qui cęsa genitrice erit ortus habetur.

Cai

In phrygia flumen mysusq; Caicus vt aiunt.
Est asię fluuiusq; Cayster: post Ephesi sit.

Cal

Fiscella est Calathus: fuerit quoq; rite canistrum.
Id tamen aduertas grękos proferre Canastron.
Prima dies mensum romanis esto Calendę.
Atq; Calo veniunt nobis voco significante.
Hanq; noua luna plębes vocitatur in vrbem.
Principium mensis quondam noua luna gerebat:
Hinc Mensis fertur: quia Mene luna vocatur.
Ipse Cylix grękus: direre Calixq; latini. Mac.
Vasorum genus est quo in sacris vtimur vsq;.
A calidoq; Calix q̃ eo calidum bibitum sit. F. V.
Esto Calyx illud tegitur quo fructus amice:
Nam tego seu velo dicunt signare Calypto.
Callidus astutus: Calidus tamen esto calore.
Callus densa cutis: Callis nam semita fertur:
Prędurata pedum callo.
Monticulus Collis: sed in herba Caulis habetur:
Thyrsus siue fruter: Caulis quoq; brassica fertur.
Caula ouium septum: capitis pars infima collum.
Callistos fertur romanis optimus esse.
Esto Calon lignum: Calos est pulcher bonus atq;.
Vltima parsq; pedis quę terrę proxima Calx est.
A calcando quidem: murorum Calcs tamen esto.

Cam

Dicetur fornax nobis romane Caminus.

Obtortus Camurus: Camerę sunt tecta recurua.

Can

Hic animal Cancer cancri est: cęlestęq; signum.
Canceris hoc Cancer morbum tamen esse notarunt.
Nat Canis in ponto: latrat quoq; fulget in alto.
Regulo designat Canonizo quippe latinis.
Hinc regularis romane Canonicus esto.
Regula nempe Canon: scuti locus interiorue
Brachia quo imittunt.
Hi Canthi ferrum rota quo circundatur axis.
Canthos erit nobis palpebrarum pilus ipse.

Cap

Marcellus Capital capitis vult esse periclum.
Est Capital facinus capitis quod morte luendum. F.
Fasciolam Capital nectunt qua dico capillos. Var.
Est Capo castratus gallus: Caupoq; tabernę.
Sit Capulus gladij; Capulusq; cadauera portat.
Capreolusq; animal siluarum dicitur esse.
Capreolos etiam cincinnos vitis ⁊ aiunt.
A capiendo tamen dicuntur: Festus vt inquit.

Car

Est hominis Carcer custodia: nanq; coercet.
Carceres vnde volant currus: quia nempe coercent.
Carpophorus latio dicetur fructifer esse.

Cas

Sex Casus dices. fortunaq; casus habetur:
Euentusq; malus. Casum dic esse cadenti.
Cassis idis galea est: genus ⁊ muliebre tenebit.
Hic Cassis cassis laqueus vel ręte vocatur:
Plurali potius tamen vtimur. hinc ait ille
Decidit in Casses pręda petita meos.

Cat

Demergo Cataclyzo notat: signat Cataclysmos
Diluuium nobis.
Catalego numero fert: Catalegos tamen ipse
Militię delectus erit: numeratio siue.
Emplastrum Cataplasma notat: ferturqz Catarrus
Esse fluor capitis: vel distillatio lector.
Sūma Catastroma est nauis pars: seu pauimentum.
Uniuersalis tibi nempe Catholicus esto.

Cau

Cauma calor nobis: Causis combustio fertur.
Causon ęstus erit: vel ꝛ ardor: sit quoqz febris.

Cel

Quippe celęnos erit niger (vt dixere) latinis.

Cen

Gloria vana tibi Cenodoxia dicta notetur.
Dico Cenon vanum: nam gloria Doxa vocatur.
Nempe Cenotaphium vacuum dixere sepulcrum.
Gloria quippe noua est sed Cęnodoxia grece.
Nanqz nouum Cęnon nobis designat aperte.
Hinc Cęnotaphium dixere nouumqz sepulcrum.
Gloria cōmunis sit Coenodoxia dicta.
Hinc Coenotaphium dicunt cōmune sepulcrum.
Coenon cōmune est: hinc Coena educitur ipsa;
In cōmune etenim plures coenare solebant.

Ceph

Est Cephale Cephalisue caput romane ferendum.

Cer

Esto Ceras cornu: cornutus nempe Cerastes:
Est etiam species serpentis cornua portans.
Corniger a nobis ferturqz Cerasphoros illis.

Cerdeno lucror: lucrum mihi Cerdos habetur.
Cerdo sit vulpes.
Ceros enim candela mihi vel cera feretur.
Ceroma hinc olim fuerat cerata tabella
Scribere qua soliti.
Ex oleo ac terra vngentum Ceroma vocatur.
Hinc Ceromatico dixit collo Juuenalis.
Cernuus est ipse inclinatus: dicitur autem
Quod terram cernat.

Ces

Herba cum Cespes viridi sit terra reuulsa.

Ci

Cingula sunt hominis: sed equum bene Cingula cingit.
Ciuitas est hominum: sed Moenia dicimus vrbem.

Cy

Circulus aut orbis Cyclos bene significatur.
Aestuo Cymenoue redundo & inundo notabit.
Cyma illis est vnda mihi dicenda latino.
Corsica Cyrnos erit: Cynos at canis esto latine.
Inde caninus erit Cynicus romane ferendus.

Ch

Nempe Chalix lapis est ex quo deducitur ignis.
Chasma latine tibi fuerit fissura & hiatus.
Articularis enim morbus Chiragra vocatur.
Chirurgia manus opus indicat esse latinis:
Chir manus: Ergon opus romanis esse notatur.
Mille hominum princeps Chiliarchus rite vocatur.
Pentarchus fertur qui princeps quinq; manebit.
Quinquaginta regens pentacontarchus habetur.
Nobis Chirographum manualis charta vocandum.
Chirotheca manus tegmen signare notatur.

Chrestus apud nostros suauis vel ⁊ vtilis esto.
Unctus erit Christus: nanq; vnctio Chrisis habetur.

Coc

Cocyzo verbum lamentor significabit.
Cocytos luctus; Cocytos ⁊ est hululatus.

Coe

Coena cibus. Coenum sordes. vmbratio Scęna.

Col

Cędo Colaphizo: Colaphus sic dicitur esse
Aut Alapa: aut Pugnus. Coleos vagina vocatur.
Est colon membrum: statua ingens esto Colossus.
Esto sinus Colpos.
Est romanorum poder: Colosq; pelasgum.
Pensa Colus retinet: Colus sed vina refundit.
Est collactaneus mãmis nutritus eisdem.
Lacte est nutritus Collacteus vno ⁊ eodem.
Lacteus ille quidem qui lacte alitur vocitatur.
Lactea colla tamen sunt candida quippe notanda.
Lactans qui fallit: lactans qui lacte redundat.
Lactens lac sugit: nam lacteo sugere lac est.
Collegam facit officium. comitem via iungit.
Quippe labor Socium retinet. dabit esca Sodalem.

Com

Cõma quidem nostris incisio significatur.
Est coma nempe Come. crinitus at esto Cometes.
Come autem villa est sit vicus sit quoq; pagus.
Comis homo facilis dulcis mitisq; benignus.
Compede pes capitur. Manicis manus ipsa ligatur.

Con

Conditor est factor: Conditor fercula condit.
Sit cato Consultus: Consultor filius esto.

Poscit Consultor: Consultus consilium dat.
Est galeę summũ Conus: fructusue cupressi.
Cogitur in summũ versus quia Conus habetur. U.
Pertica siue sudes Contus dicetur apud nos.

Cor

Uua hederęq; Corymbos erit: ferturq; cacumen.
Est nauis rostrum nobis vox gręca Corymbon.
Corythos fertur theca arcus siue sagittę.
Quippe sagittarum proprie direre pharetram.
Multitudo Chorus sacris collecta vocatur.
Corus ab occasu ventus: fit Caurus ⁊ idem.

Cos

Cosmicos a gręcis: latio mundanus habetur.
Est ornamentum Cosmos: vel mundus apud nos.

Cu

Hic Cucumer Cucumisue feras. Adipes vel: Adepsq;.
Hic Cinis hicue Ciner: sic Puluis Puluer habemus.
Uomis ⁊ hic Uomer. Tybris ⁊ Tyberis simul addo.
Hic Labor hicq; labos. Lepor hicq; lepos quoq; legi.
Hic Honor aut hic honos. Arbos hęc arbor ⁊ hęc vult
Clamor ⁊ hic Clamos. de quis fabium lege primo.
Culter vel Cultrum reperitur: carmen habemus.
Et canis in nostros nimis experrecta dolores
Cum fallenda meo pollice Cultra forent. Prop.
Est Cumulus modij mensurę qui additur equę. F.
Cuncta vir sapiens nouit sua cuncta notare.
Curriculus Currus paruus: paruus quoq; cursus.
Custos qui seruat: Custodia dicitur actus.

Cla

Clangor erit sonitus tuba quam facit ipsa sonando.
Naues collectas pluris tu dicito Classem.

Unica

Unica nauis item Classis: turma ⁊ populi pars.
Clauis claustra aperit: ducit sed vulnera Claua.
Clauus constringit tabulas: nauimq; gubernat.
Clazo dat frango: fragmentum Clasma notabit.

Cle

Fur Cleptes: sedenim furor dat Clepto latinis.

Cli

Sit furnus Clibanos: regio sed Clima feratur.
Scala quidem Climax romanis dicitur esse.
Cline sit lectus: lecticaue sit quoq; mensa.
Clino autem inclino dicit declinoue nostris.

Cly

Clyster apud grecos: nostros apud esto lauamen.
Inclytus esto Clytos: celebris vel dicitur idem.

Clo

Closter erit filum: vel nexus rite latinis.
Closter item fusos inuenit natus Arachnes. Pl.

Cra

Crabbatos lectica quidem: nobisq; Grabatos.
Crater vas ingens potandi dicitur esse.
Crateras magnos statuunt ⁊ vina coronant.

Cre

Saxi altitudo abrupti sit dicta Crepido.

Cry

Occultus Cryptos: Crypta hinc mihi dicitur ipsa.

Cru

Dum manet est Sanguis: Cruor ast effusus habetur.

Da

d Actylos est digitus: pes quidam carminis idem
Dedalus vt legi signabitur ingeniosus.

Dædallo exorno: vario quoq; significabit.
Dęmones indigetes: genij simul esse notantur.
Dęmon dicetur scius atq; peritus inesse.
Est bonus Eudęmon. Cacodęmon sed malus esto.
Dama est siluestris capreę genus ⁊ timorosę.
Daphne romanis laurus bene dicitur esse.
Daphnis mercurij gnatus: pulcher quoq; diues:
Formosi pecoris custos: formosior ipse.

De

Delos dicetur manifestus inesse latinis.
Delo sit nobis declaro vel manifesto.
Delictum appellant si non facies facienda.
Peccatum vocitant facies quum non facienda.
Dentis habet Demens partem: sed nil habet Amens.
Est Deus ęternus: nostro de corpore Diuus.

Di

Roma minister erit tibi: nempe Diaconos illis.
Nempe corono mihi fertur romane Diado:
Inde Diadema est quod nempe corona feretur.
Certamen cursusue tibi est romane Diaulos.
Didasco doceo: Didascalos esto magister.
Didymos est geminus.
Dicitur iste Dies ostenso tempore certo.
Denotat incertum tamen ista Dies tibi tempus.
Sępe aliter releges.
Viuendiq; modus dicetur rite Dięta.
Duplico Diplazo vel Diploo significabit.
Diplois esto genus vestis: Diploos quoq; duplex.
Tristis ⁊ infestus: diuum quasi missus ⁊ ira
Dirus erit: Marcellus ait pulcherrimus auctor.
At mulieris acus separans a fronte capillos

Est discerniculum: nam a discernendo vocatur.
Discrimen fertur diuisio siue periclum:
Pars leuis capitis vel differentia sunto.
Dis diues fertur. Dis pluto rex stygis atrę.
Difficilis romane tibi sit Dyscolos illis.
Dius ꝛ a nostris generosus dicitur apte.
Aeneidos vates hinc dixit Dia Camilla.
Gręcia fert Dios: fert iuppiter ipse latinus.
Sub Dio signat sub cęlo: ton quia Dia
Gręcus ait cęlum. de quo Pedianus abunde:
Varro etiam meminit.

Do

Dodona epiri fuit vrbs nemus atqꝫ propinquum
Quippe iouisacrum: tum glandibus vsqꝫ refertum.
Nobilis at quercus fuerat vasis faciendis.
Dogma est decretum: sententia Dogma vocatur.
Gratia dat Donum: labor at Meritum tibi prestat.
Dic donum Doron: veruntamen hasta Dory sit.
Esto Dory vrbs ponti: sed lancea fertur apud nos.
Nempe satelles erit dictusqꝫ Dorypboros illis.
Lancea nanqꝫ Dory: portans Phoros accipietur.
Quippe Dosis datio nobis romane feretur.
Dora quidem nobis maiestas gloria siue.

Du

Seruitus est hominisue dei Dulia vocata.
Nam Dulos grece romane seruus habetur.
Dule ancilla quidem: seruilis Dulicos esto.
Latria obsequium: cultus diuinus: itemqꝫ
Seruitus est nobis. Latres hinc seruus habetur.
Latriam tribuunt regi duntaxat olympi.
Sacratę formę Idolatria euocitatur.

Idos nam grece romane forma feretur.
Idolon simulacrum esto Veliterne latinis.
Idolon media longa Manilius inquit.

Dra

Est Draco vitis enim torta ⁊ vetus: est quoqz serpens:
Eiusdem fertur sed foemina quippe Dracena.
Dicitur a Derco: video signare notant id.
Peruigil est etenim retinens aciem peracutam.
Hinc templi custos: custos vel fingitur auri. Mac.

Dre

Falx Drepane ferr. Drepanō Drepanos quoqz falx est

Dry

Drys quercus: Dryades nemorum nymphe vocitantur
Credebantur enim nemora ac siluas habitare.
Arborum Hamadryades nymphe dicuntur haberi.
Una siue simul nobis Hama significabit.
Una cum arboribus nasci he romane feruntur.
Montibus insistunt sed Oreades: atqz Napeę
Inter virgulta ac flores dicuntur inesse. Lact.

Dro

Cursus siue locus currendi sit Dromos ipse.
Hippodromos vero nobis est cursus equorum.

Ec

e Chasis excursus romane significatur
Echo sit resono: sonus echo fertur apud nos.
Vipera romanis grecis dicetur Echidna.
Urbs est thessalie: piscis vel fertur Echinus:
Aut terrestre animal: sit castaneę quoqz tegmen.
Deficio Eclipo fertur: defectio Eclipsis.

Concilium coetus vel congregatio siue
Concio dicetur nobis Ecclesia lector.
Ecclesiastes fertur mihi concionator.

El

Est oleum nobis: sed Elęon gręculus inquit.
Fertur oliua mihi: gręce dicetur Elęa.
Est Elegos luctus: Elegeia ducitur inde.
Uitandum certe nę lector Elegia dicas:
Dicere nam debes Elegeia siue Elegia.
Uertitur ei quoniam diphthongus in.i.mihi longum.
Quas inter multum petulans Elegia propinquat. St.
Detineat cultis aut Elegia comis. Mart.
Flendus amor meus est: Elegeia flebile carmen. Sap.
Blanda pharetratos Elegeia nutrit amores. Nas.
Est Elephas ingens animal nigrum quadrupesqz:
Tercentum messes solitum quod viuere dicunt.
Grunnitumqz suis vel odorem muris abhorret.
Arguo significat romanis lector Elencho:
Hinc argumentum nobis designat Elenchos.
Denotat aduentum nostris id nomen Eleusin.
Didonis proprium certe vocitatur Elissa.
Est tyrię linguę Dido nostręqz Uirago:
Illa Uirago tamen faciet quę facta virorum.
Quicquid aqua coquitur recte Elixum vocitamus.
Nam Lixam veteres lympham vocitare solebant.
Hinc Lixę dicti qui lympham in castra ferebant.

Em

Embryon est infans nondum perfectus in aluo.
Empyros ignitus romane significatur.
Emporion locus est publicus quo plurima vendunt.
Emporos hinc nostris mercator dicitur esse.

En

Encaustę nobis sculptores esse feruntur;
Sint ꝛ inustores.
Enclio includo siue illustro mihi pandit.
Enclino generat nobis inclino latinis.
Qd terram quatiat neptunus ꝛ Ennosigęus
Enno concutio:tellus sed Gęa vocatur.
Ennus erit sapiens:sed Anus demens vocitatur.
Entos gręcorum vox intus significabit.

Ep

Fertur Epicoenos promiscuus esse latinis:
Aut cõmunis erit.
Adiutor nobis Epicuros dicitur esse.
Est Epiphęno mihi ostendo aut illustro ferendum.
Nempe superficies aut apparitio nobis
Est Epiphania aduentus.
Obseruator erit custos speculator habendus
Explorator item dicetur Episcopus esse.
Est adiectiuum nobis:quod Epitheton illis.
Incubus a nostris:Ephialtes fertur ab ipsis.

Er

Est Eratos gręce:sed amabilis esto latine.
Vox ꝛ Eros lector nobis designat amorem.
Fertur Eremos enim mihi solitudo latino.
Officium vel opus certe mihi denotat Ergon.

Eu

Est gratitudo Eucharistia quippe latinis.
Eucharistos erit iucundus romule nobis.
Eudęmon foelix fortunatus quoqꝫ fertur.
Euphonia quidem bona voxue sonoritas esto.
Lętitia Euphrosine fertur:lętus tamen Euphron.

Euterpes iucundus erit.

Ex

Excubias dicunt lucis vel noctis haberi.
Vigilias autem dunt;xat nocte vocamus.
Exemplar generans:Exemplum quod generatur.
Exemplar liber est:Exemplum quod trahis inde.
Sepe aliter releges.
Exochos egregius siue excellens vocitatur.
Exodios cantus:tamen Exodos exitus esto.

Fa

m Vtatur Vultus:Facies at permanet ipsa.
Corporis est Facies totius forma vocanda.
Factio consensus vel conspiratio fertur
Esse malorum hominum.
Facundus proprie verbis dicetur abundans.
Falx metit aut scindit. Fax vrit:Faux quoqz mandit.
Letificat Fama:ipsa Fames contristat habentem.
Fas neutri generis licitum signare memento
Dicitur a fando. F.
Fastorum libri quibus est descriptio facta
Anni totius. F.
Scintilla est ardens:caret at feruore Fauilla.
Pars suprema gule Fauces:angustaqz loca.

Fe

A feruore quidem Febris fit:Nonius auctor.
Fedus deformis crudelis turpis habetur.
Foederis hoc Foedus pactum signare notatur.

Fi

Fistula cannarum:fit morbus:ductus aquai.

Figor habet Fixus:nam findor Fissus habebit.

Fo

Est Foenus terrę fructus proprius:quasi foetus.
Nūmorum Foetus quapropter Foenus habetur.
Est Follis lapsum quo quisq̃ suscitat ignem.
Fons a fundendo fertur Pompeius vt inquit.
Fomites e ligno inciso sunt assulę habendę.F.
Filorum Forfex.Ceps ferri.Pexq̃ pilorum.

Fu

Fundus ager:sed funda iacit:pars infima fundum.
Fundus ager fertur quia planus sit velut ipsum
Vasorum fundum.F.
Fundus ager dictus q̃ fundat multa quotannis:
Vel q̃ sit pecudum fundamentum simul ęris.Var.
Furari noctu solitus Fur dicitur esse:
Dicitur a furuo quod nigrum significabat.
Siue a Phor grece:quod Sellius edocet ipse.
Est Latro qui latitat siluis aliena rapitq̃.
Qui furit ex causa Furiatus dicitur apte.
Cui furor haud vnq̃ cedit Furiosus habetur.
Furtum occulta quidem surreptio dicitur esse.N.
Futilis accipitur manifestans omne quod audit.

Fr

Esto tui fratris coniunx(Pompeius vt inquit)
Fratria.Glos fratris coniunx:Soror atq̃ mariti.
Dicitur inde fretum motu quia feruet aquarum.
Fringuillam doceo dictam q̃ frigore cantat.F.
Frons frontis capitis:Frons frondis at arboris esto.
Arboris herbarum folium quoq̃ floris habetur.
Inuanum Frustra:partes nam Frusta vocamus.

g Aea quidez nobis terra est: Gauroscz superbus
Geographia est nobis descriptio terrę.
Nam Geas terrę: scriptura sed esto Graphia.
Geomantia ex terra prognosticon actum.
Necromantiam defunctorum vocitamus.
Hydromantiam lympharum. spectat ad ignem
At Pyromantia.
Chiromantia ⁊ sit diuinatio palmę.
Geometria ast terrę mensura vocatur:
Nam Geas terrę: Metros mensura latine.
Fert agriculturam Georgia dictio greca.
Signat agrumcz colo Georgeo nempe latinis.
Agricola est nobis: illis Geogos habetur.
Rure tarentino est flumen Veliterne Galesus.
Gaurus campanus mons extat propter auernum.
Omnes diuitias dat persica dictio Gaza.
Gazophylacium locus est qui cuncta reseruat.
Nancz Phylatto mihi custodio significabit.

Ge

Fasciculus Gelima est genibus manibuscz ligatus.
Spicas quę complent leuam dic esse Maniplum
Dicitur ⁊ Merges: veluti fert Seruius ipse.
Multitudo quidem gelimarum Meta vocatur.
Hęc Genesis fertur generatio vel genitura.
Germanos eadem genitrix debet generare.
Frater erit natus sed eodem germine patris
Aut matris tantum: vel natus vtrocz parente.
Germanus frater non dico: sed ordine verso. Q.

d.i.

Gy

Gymnazo nobis exerceo significabit:
Ast exercitium:locus aut exercitij sit
Gymnasium grece:schola publica sic quoqz fertur.
Gymnasij princeps dicetur Gymnasiarches.
At nudus sapiens dicetur Gymnosophista.
At Gymnos nudus:sapiens sit quippe Sophistes.
Philosophi indorum fuerant:superosqz colendos
Nilqz mali fieri dixere ⁊ temnere mortem.
Gyros apud gręcos romane circuitus sit.
Gyros apud gręcos nobis datur ambitus esse.

Go

Gobius est piscis vilissimus:hinc ait ille
Principium coenę Gobius esse solet.
Terribilis Gorgos velox quoqz dicitur esse.

Gu

Uasa quibus lympham manibus Gutturnia tradunt.
Guttatim stillant quoniam sic dicta notarunt. F.

Gl

Est ensis Gladius:non autem culter vt aiunt.
A clade est Gladius:c.littera vertitur in.g.Uar.
Est Glaphyrus gręce:festiuus quippe latine.
Famosus Glaphyros iocundus sculptus habetur.
Est Glyceros dulcis.
Glosa est a glossa quę linguam signat apud nos.
Ipsa etenim linguam doctoris Glosa reducit.
Glis gliris tenet hic:Glis glissis lappa refert hęc.
Glis dans hęc glitis pro creta ponitur vsqz.

Gn

Gnatho viri proprium:nam gnathos bucca vocatur.
Hinc Comedo dictus parasitus quippe Terenti.

Gnathos maxillam signare genam quoqz fertur.
Gnosus erat cretę Minois regia iusti.
Cognitio nobis Gnosis dicetur haberi.

Gr

A gradiendo quidem in bellum mars esto Gradiuus. F.
Gradiuum fortem bellicosum quoqz thrax fert.
Mars autem maribus quia pręsit bella gerendo. Var.
Littera Grãma quidem: dicetur litteratura
Grãmatica a nostris.
Grãmatophylacion locus est vbi scripta reponunt
Publica cuncta viri.
Fit scriptura Graphe: Grapho dat scribo quoqz pingo.
Grypos dicetur fuerit cui nasus aduncus.
Implicitus sermo Gryphos tamen euocitatur.

Ha

b Aemoniam veteres dixerunt: Thessaliam post.
Ab rege est Hęmus (fert thracia) dict°: ꝛ altus
Milia sex passum retinet niuibusqz redundat.
Hęresis est nobis electio ꝛ optio secta.
Ast Hęretizo proprie dabit eligo ꝛ opto.
Est Hagios sanctus.
Hagnizo purgo vel sanctifico tibi signat.
Hagnos erit mundus castus purusue latine.
Casta Hagnes fertur: mulieris nomen id esto.
Aspirant greci: nostris at dicitur Agnus.
Est Hara porcorum stabulum: tamen Ara deum sit.
Harmonia quidem sit consonantia dicta.
Harpazo rapio fert: Harpageqz rapinam.
Quippe rapax Harpax Harpaleos atqz vocatur.
Harpago ferrum cupis quo circus inhęret.

Harpe dat falcem.
Hasta est ex asto: ferri quia stans solet ipsa. U.
Ast aspiratur quo differat vsq; secunda
Induperatiui persona scilicet asta.

He

Hebdomas est spatium septem romane dierum.
Septimus Hebdomados siue Hebdomos euocitatur.
Est Hecaton centum: sed centipes est Hecatompus.
Hic Hecyros socer est: Hecyra hęc nam socrus habetur.
Sunt qui haud aspirent: tamen aspirare memento.
Heliacus solaris erit. sol Helios esto.
Hepta quidem nobis septem signare notarunt.
Heptapylos sed habens septem portas vocitatur.
Hex sex significat: septem tamen Hepta notabit.
Hesperus occasu dicendus: Mane vocetur
Lucifer: at semper Venus est ⁊ nocte dieq;.

Hi

Est Himarmene fatum mihi nempe latino.
Hippos equus vel equa est. Hippazo equito manifestat.
Hippodamos bellicosus: domitor vel equum sit.
Hippocomosq; equiso: vel sit curator equorum.
Pastor equum Hipponomos.
Historeo inquiro video disco scio narro.
Historia hinc fertur narratio rite latinis.

Hy

Est Hyalos vitrum: hinc Hyali fucata colore
Vellera Virgilius dixit.
Hydrenoq; lauo: sed aquatio fertur Hydria:
Hydria nam vas est: aqua fertur Hydas vel hydosq;.
Fertur Hydorq; etiam.
Latro vel resono romane dicit Hylao.

Hinc ⁊ Hylas comes alcidę quem vexerat Argo.
Ascanij fluuij nymphę hunc rapuisse feruntur.
Hinc ⁊ Hylan nautę quęrentes per loca multa
Clamabant: vt littus Hyla Hyla omne sonaret.
Festa quidem post id populi celebrasse feruntur.
Per montesq; vagi saltando illum vocitasse. St.
Nuptarum carmen numen simul est Hymenęus
Ex venere ac baccho genitus. sed hymen vocitatur
Pellicula (vt scribunt) qua ianua clauditur alui.
Est Hypotheca mihi pignus suppositioue.
Est ⁊ Hypergęus sol quum tenet aera summũ.
Si terrę subsit dicetur tunc Hypogęus.
Quod gręcum nomen mihi subterraneus esto.
Hypsipylos sed habens altas portas vocitatur.
Hys sus dicetur. substantia Hypostasis esto.

Ho

Vades aut obses vel cęcus fertur Homerus.
Colloquium nobis sed Homilia significabit
Dictio multa notans dicetur Homonymon esse.
Vt lens ac acies ⁊ olympus palma latexq;.
Quęq; vnum signant dic esse Synonyma voces.
Vt terra ac ⁊ humus tellus: ensis gladiusue.
Aspires Horam pro tempore suscipiendo:
Si non aspires finem dabit ⁊ regionem.
Est etiam funis nauim quo ad littora firmant.
Hospes qui recipit: Hospesq; receptus habetur.
Ante hostis victos iure hostia dicitur esse. S.
Hostia ab hostire est: quod signat nempe ferire. F.
Victima que cecidit dextra victrice vocatur. Nas.

Hu

Hubera dic pecoꝝ: nam Hãmę sunt mulieris. Lap.

Nempe virum proprie debemus ferre Mamillas.
Huberis omne tumens dicetur rite Mamilla.
Unde tamen pueri lac sugunt esto Papilla.
Fertur ab humet humus: Tellus tamen a tolerando
Aut a tollendo: quia fructus tollimus eius.
Terraq; q teritur: tamen a solidoq; Solum fit.
Est etiam Solum quod quicq; substinet: ęquor
Nauibus esto Solum, volucri sic dicitur Aer.

Ja

b Acchus Jachus erit vel Jacchus nępe latinis
A clamore quidem sonitu vel fertur Jacchus.
Nam sibi reddentes sacrum clamare solebant.
Ast clamo canto resono vel signat Jacho.
Nomen, c, duplex melius retinebit Jacchus.
Dicitur a iactu Jaculum: Telum quia longum:
Nam Telon nobis longum signare notatur.
In littus Jactos: Belatos dicito portum.
Est Janus quadrifrons partes ob quattuor orbis:
Est etenim mundus quod cęlum dicitur ipse. Hac.
Sit propter Bifrons occasum solis ꝛ ortum:
Per Janum solem monstrari nanq; tulere
Qui exoriens aperit lucem: cluditq; cadendo. Hac.

Ju

Barbę lanugo recte dicetur Julos.
Jus igni coquitur: Jus rectum: Jusq; potestas.
Jus generale vocant: species Lex iuris habetur.
Jus ad non scriptum quoq; pertinet. Attinet autem
Lex ad ius scriptum.
Justitia est virtus: tacet autem Justitio ius:

Quod fieri luctu cõmuni sępe solebat.

Id

Est Idea quidem forma aspectusue figura.
Idolon simulacrum esto romane pelasgum.
Idos nam gręce romane forma vocatur.

Ig

Ignauus segnis vel torpidus:igne vel absq̃.

In

Inducię dicunt q̃ sunt cessatio pugnę
Ad certum tempus:bellum manet attamen ipsum
Pugna licet cesset.q̃plurima Sellius inquit.
Dicitur Infensus proprie quasi plusq̃ inimicus.
Ad scelus aut fraudem festinans(Nonius auctor)
Infestus fuerit:pro irato ponitur idem:
Ponitur Infestus pro aduerso proq̃ inimico.
Sellius id profert a festinando vocatum.
Ingenuum vocitant fuerit cui libera mater:
Postea nec seruus fuit vnq̃ factus ab vllo.
Addictus liber si fit dici ingenuum dic.
Auxilio sine fertur Inops:ope vel sine fertur:
Nullius possessor Inops hinc dicitur esse.
Pauper dicetur cui res non sufficit ipsa.
Qui loca plura tenet locuples vocitabitur apte.
Dicitur insitio tempus ramosa serendi.
Insula nempe maris:lymphę at dulcis Mediamnis.
Insula cincta salo est.Mediamnem circuit amnis.
Insulsum proprie fatuum sine q̃ sale fertur.
Sed Fatuos lector stulte dic esse loquentes.
Institor est instat qui pro pretio minuendo.
Mercator vendit:sed comparat Institor illud.
Est quoq̃ qui vendit tamen Institor optime lector.

Institor heu noctes quas ego: nullus habet. Nas.
Institor ad dominam veniet discinctus emacem.
Inuidiosus enim patiens vel agens reperitur. Sel.
Inuidus esto dolens successu quippe alieno.

Ir

Preterit Ira cito: vix Iracundia transit.
Quoq; iram incendit fuit Iracundia dicta. F.
Ironia quidem mihi dissimulatio fertur.
Ironia quidem nobis illusio habetur. Fab.

La

d Icatur romane puer tibi Labros abundans.
Lachne lana quidem villus quoq; dicitur esse.
Fertilis est Letus; tum pinguis: tu quoq; plen⁹
Est Letus gaudens. Letum mors ipsa feretur.
Esto fax Lampas. Lampedon splendor habetur.
Sit clarus Lampros. Lampryno illustro notabit.
Splendeo dic Lampo nostris signare latinis.
Hic Lanius nomen. Lanio verbum. veteres at
Hic etiam Lanio dixerunt vt Caper insit.
Lympha Latex vinumq; simul tibi rite vocetur.
Est iccirco Latex vinum: quoniam latet vua.
Lympha Latex ideo: quoniam terre latet imo.

Le

Lecticos est eloquens. est Lectron lectus habendus.
Lecythus aut Lector Lecythus vas olei sit.
Lens animal lendis: Lens lentis at esto legumen.
Lentigo in facie nota que rubicunda vocatur.
Lentus flexibilem tardum plenum quoq; monstrat.
Curribus Automedon lentisq; erat aptus habenis.

Hanc tua

Hanc tua penelope lento tibi mittit Vlyxe.
Nempe luto plenus Lutulentus dicitur esse.
Puluere sic plenus dicetur Puluerulentus.
Hic Lepus est animal: Lepor est facunda voluptas.
Hinc aliquid gratum Lepidum vocitare solemus.
Litania est nobis supplicatio vocitanda.
Lethe romanis obliuio fertur inesse.
Dictio sit Lexis: sit Lexicon at liber ille
Qui retinet Lector ꝗplura vocabula secum.

Li Ly

Liber eri bacchus: vel qui non seruus habetur.
Nempe Liber libri chartę est: vel in arbore cortex.
Quum seruus liber fit Libertinus habetur:
Idem Libertus. de quis Laurentius ample.
Est adiectiuum prior: alter substat vbicz:
Libertinus homo fertur: Libertus homo non.
Rite tamen fertur Libertus cęsaris: ast hic
Non Libertinus bene diceretur vt aiunt.
Est auidus Lichnos romanis siue gulosus.
Lychnos lucerna est: Lyx autem lux vocitatur.
Dictio gręca Lycos lupus est: lupa nempe Lycęna.
Lympholentus erit gręce: Lymphatus apud nos:
Lymphatus mente est cõmota quippe ferendus. Var.
Obliquus Limus: sed continet hostia Limen.
Terminus est campi Limes: vel semita parua.
Tango Lyram digitis: camporũ fossacz Lira est. N.
Canto Lyra nobis designat nempe Lyrizo.
Appellant Littus quod fluctu eliditur illud:
A lędo Littus sic fertur siue litando.
Nancz litant nautę redeundo: in littore: eundo r.
Hinc etiam fertur Littus locus ipse apud aram.

Lo

Qui loca plura tenet locuples vocitabitur apte.
Est rationalis Logicos: Logios bene fertur
Prudens ac eloquens: Logos est sermo ratioq̃.

Lu

Quinq̃ annos Lustrum dicas: loca Lustra ferarum.
Circuitusq̃ simul: purgatio sit quoq̃ Lustrum.

Ma

m Acarius poterit dici romane beatus.
Pugna Mache ferť: gladi⁹ ul'sica Machęra.
Machina gręcorũ est: nobis inuentio fertur.
Macrobios longęuus erit mihi nempe latino.
Vita bios fertur: Macros sed longus habetur.
Longus erit mundus Macrocosmus nempe ferendus:
Paruus enim mundus Microcosmus dicitur esse.
Est Macros longus: Micros nam paruus habẽdus.
Macrologia quidem fit longus sermo latine.
Madra puer fertur nobis spelunca cubile.
Męnades insanę mulieres: quę celebrando
Orgia: sunt passis solitę cursare capillis.
Męnoles insanus: bromij sacra Męnas adibit.
Nempe Magia tibi puer incantatio fertur.
Est Magus vt sapiens nobis vox persica nempe.
Philosophus gręcis: apud indos Gymnosophista.
Jamq̃ veneficij cantus vel dicitur auctor.
Malus hic est nauis: pomorum Malus at hęc est.
Mãma illis: nobis auia est dicenda latinis.
Mantia est illis sed diuinatio nostris.
Est Mantis vates. Marathron feniculus esto.

Dextra sinistra Manus: Manus est ⁊ turba vocãda
Margos edax ignauus item insanus quoqꝫ fertur.
Marmaros est Marmor. Marne manus ipsa vocatur.
Marsypion nobis est sacculus: estue crumena.
Marsupium nostri dixerunt quippe latini.
Martyros aut Martyr testis dicendus apud nos.
Mastizo nobis pulso seu verbero signat.
Mastix dicetur nostris scutica atqꝫ flagellum.
Est Ciceromastix ciceronis quippe flagellum.
Virgiliomastix: ⁊ Homero sic quoqꝫ mastix
Zoilus est quidam dictus detractor homeri.
Brutorum mãma est grẹcorum dictio Masthos.
Mãma quidem Mazos dicetur siue papilla.

Me

Ipse Meli grẹcus tulerat: Mel nempe latinus.
Fertur apes nostris: tibi grẹce Melissa vocatur.
Roma Melos cantus dulcis suauissimus atqꝫ.
Est dulcis cantusue sonus Melodia latinis.
Men menos mensis: Mene autem luna vocatur.
Esto Mesos medius: Messos quoqꝫ dicitur apte.
Metron mensura est: Metro nam metior inquit.

Mi My

Minthe mentha quidem: Minthos sed stercus habetur
Est Meter mater: fertur Metryia nouerca.
Ita est grẹcorum voci: sed in a mihi versa.
Mnia quidem grẹcis: romane memoria nostris.
Mysticos arcanus romanis significatur.

Mo

Moestum dic animo: Tristem sed dicito vultu. Cap.
Magnitudo quidem tibi sit pondus quoqꝫ Moles.
Esto Monos solus: Nam sola Mone vocitatur.

Hinc Monachus fertur mihi solitarius esse.
Hinc etiam verbum fert solus dego Monazo.
Unicus at princeps mihi rite Monarcha vocatur.
Sed patrię princeps Patriarcha est ipse ferendus.
Qui quartam regni partem tenet esto Tetrarcha.
Est homo difficilis querulus Morosus habendus.

Mu

Mucro puer teli cuiusq; feretur acumen.
Quo capiunt mures Muriceps id dicitur esse.
A Mys grecorum voce est Mus nempe vocatus.
Muscipula vt dicunt nobis catus esse notatur.
Musa quidem cantus: sed Musicus esto canorus.
Musizo cantu contendo significabit.
Hesiodiq; nouem Musas hęc carmina cantant:
Clioq;. Euterpeq;. Thaliaq;. Melpomeneq;.
Terpsichoreq;. Eratoq;: Polymniaq;. Uranieq;.
Calliope exuperans cunctas dulcedine cantus.
Aonides Musę dicuntur pegasidesq;:
Pieridesq; simul: libetrides hę quoq; dictę.
Thespiades etiam dicentur pympliadesq;
Acq; Cleos lector Clio dicetur: eo q;
Laude poetarum nascatur gloria magna.
Jucunda Euterpe delectans siue feretur.
Capacitas seu celebritas dicere Thalia:
Tempore nam longo virescit laus data vate.
Melpomene nobis fertur puer a melodia.
Melpome aut Melpo canto signare notantur.
Terpsichore nostris fit delectatio lector:
Doctrina auditor nam delectabitur ipse.
Terpsis item grecis est delectatio nobis.
Fertur amore canens Erato vel amabilis ipsa.

A cunctis sedenim debet vir doctus amari.
Vox ⁊ Eros lector nobis designat amorem.
Multę at memorię mihi rite Polymnia fertur.
Vel multę laudis polyhymnia dicitur esse.
Immortalis enim vatis fit gloria versu.
Vranie lector cęlestis fertur inesse:
Vranos a nobis cęlum nancq; esse notatur.
Tollitur ad cęlum vir doctus summa requirens.
Calliope carmen pulchrum est:eademq; poesis:
Calliope cunctas superat dulcedine cantus. Hiod.
Ornate dico Calliepeo tamen inquit.

Na

q Vippe natātis erit Natrix gen⁹ anguis babēdū
Nauarchos nauis princeps Classis q̄z ductor:
Ipse gubernator nauis Nauclerus habetur.
Naumachia (vt dicunt) naualis pugna vocatur.
Naualem pugnam gero Naumacheo mihi signat.
Pro nihilo accipitur Nauci:nucis estq; putamen.
Nauci homo plautus ait. Pris.
Nullius pretij Nauci est:rerumq; putamen.
In medioq; nucis Nauci membranula fertur. F.

Ne

Nebridas o lector damarum dicito pelles:
Hisq; vtebantur quę bacchanalia seruant.
Est hinulus Nebros:dama ⁊:Solinus vt inquit.
Est Nebulo neq̄ fallax vanus quoq; mendax.
Est dictus quia non pluris sit q̄z nebulę sunt. F.
Mortuus est Necros:Necron tamen esto cadauer.
Necrophoros capulus pheretrumue feretur inesse.

Nemo quidem nec homo fertur: fertur quoq; nullus:
Nemo homo nam legitur: Nemo quoq; vir reperitur.
Silua Nemus proprie nobis signatur amoena. F.
Nenia funebre est carmen lugubreue lector.
Est laus herois defuncti in funere dicta.
Nenia fastorum sextus pluraliter effert.
Nenia singlari flacci sed epistola iungit.
Dicetur nobisq; Neophytus esse nouellus.
Quippe Neoptolemus nouus est miles vocitandus.
Nanq; Neos nouus est: Ptolemos sed miles habetur.
Id proprium pyrrhi nomen dixere fuisse.
Burrhum designat ruffum: fert grecia pyrrhon.
Hec Nepa romanis cancer vel scorpio fertur:
Marcellus Festusq; docent. Consumptor habetur
Inde Nepos veluti Diomedes indicat ipse.
Plinius edocuit q̃ scorpio deuorat omnis
Ipse suos natos: vno tantũmodo saluo:
Nam soleris tutus maternis clunibus heret.
Hinc vltor fratrum genitores conficit eius.
A nando Neptunus erit ceu Tullius inquit.
A nuptu Varro vult: obnubit quia terras
Ut nubes celum.
Nempe malum Nequam nõ est: sed inutile signat. Cap.
Est etiam Nequam peior q̃ creditur esse. F.

Ni Ny

Nice vel Nicos victoria fertur apud nos.
Hinc ꝛ Nicopolis victorie vrbs vocitatur.
Nycticorax corvus nocturnus dicitur esse:
Nigra auis ac sola est clamans in nocte volando.
Nympha quidẽ sponsa est: Nymphon nã sponsus habet

No

Humiditas humorq; simul Notis esse feretur.
Inde Notus ventus qui nobis dicitur Auster.
Non clara genitrice Nothus: claro estq; parente.
Qui non legitimus fuerit Nothus ille vocatur. Fab.
Ex vxore quidem non legitima Nothus esto. F.
Est Spurius patre incerto qui forte creatur.
Alternis annis seritur quod dico Nouale. Pl.
Silua vetus cęsa est vbi forte Nouale vocatur. Pl.
Vxore ex alia natis datur ipsa Nouerca.
Noxa est peccatum: peccati aut poena vocanda.
Noxia culpa quidem Pompeio fertur inesse.
Oq̃; oculis noceat nox dicitur esse vocata:
Aut a Nyx fertur: quia Nyx nox esse notatur. Var.

Nu

Nudatum vocitant quicquid fuerat coopertum.
Appellant Nudum tectum quod non fuit ante.
Imperium Numen possibilitasq; potestas.
A nutu Numen fertur: ceu Varro notauit.
Nuntius ipsa quidem persona est: res simul ipsa. F.
Legatus vero qui mittitur accipiendus.
Nuntia pro rebus scito dixisse Catullum.
Ipse Tibullus item terno fert Nuntia vera.
Est oculi signũue manus capitis quoq; Nutus:
Annuit ꝛ totum Nutu tremefecit olympum. Vir.
Nux a nocte quidem fertur: quia corpora succo
Atra facit: velut illa orbem quum sparserit vmbram.
Esse Nuces dicunt poma omnia tegmine duro
Tecta super: tamen intus habent comedenda reposta.
Mala quidem dicunt intus retinentia durum
Desuper ast illud poterit quod quisq; comesse. Mac.

p Inguis siue tumēs crassus quoqz ferē Obesus.
Mors Obitus nobis: occasus siue ferē. Mar.
Turpe quidem factum post Obiurgatio fertur.
Ante tamen factum sit Castigatio dicta. F.
Immemor Oblitus: tamen Oblitus est maculatus:
Oblitus a dominę cęde libellus erit. Mas.
Obligatus enim ob delictum Obnoxius esto. F.
Obscoenum imundum: vitabile: turpe feretur.
Inuolutus enim conceditur Obsitus esse.
Quę vino ac pani iungunt Obsonia dicunt.

Oc

Oceanus terram mare sit quod circuit omnem.
Tene suam tethys concessit ducere neptem:
Oceanusqz: mari totum qui amplectitur orbem: Cat.
Ocys romane velox: hinc dicitur ille.
Ex quo suscipiunt fontes ⁊ flumina cursus
Tum maria in terram labentia plurima nostram.
Tempus enim veniens casu aptum Occasio fertur. F.

Od

Ode sit cantus: sed Hodos via significatur.
Quicquid olet per se nobis dicetur Odorum.
Fertur Odoratum quod odorem aliunde resumpsit. S.

Oe

Oeconomos gręce est dispensatorqz latine:
Omnia nam domini dispensat ⁊ ordinat idem.
Est Oecosqz domus: Nomos autem lex vocitatur.
Oenophorum vas est: quo vinum ferre solemus.
Oenos enim vinum: portans Phoron est apud illos.

Ol

Aut tunc aut illi nobis bene dicitur Olli.
Et mons ⁊ cęlum romane vocatur Olympus.
Lector Olympus enim quasi dictus ⁊ est Hololampes
Quod totus lucens nobis exponitur apte.
Quinto anno dicunt certamina Olympia facta.
Annorum quinqꝫ at spatium sit Olympias ipsum.

Om

Cuncti omnes lector coniuncti ast quippe feruntur.
Diuersisqꝫ locis quanqꝫ sunt dicimus Omnes. F.
Est quantitatis Totum: numeri tamen Omne.

On

Est asinusqꝫ Onager siluester quippe ferendus.
Nanqꝫ Onos est asina ac asinus romane vocandus.
Agrios agrestisue ferox imitis habetur.
Dum tener est pullus romane Lalisio fertur.
Aphrica gaudet eis prestant ibi nanqꝫ sapore. Pl.

Op

Umbrosus sine sole simul dicatur Opacus.
Fabrica fertur Opus: labor hęc Opera accipietur.
Est Opus officium: sed famam extendere factis
Hoc virtutis Opus: pia dixit musa Maronis.
Ops terra est (quoniã sit ĩ hac opus omne) vocata. Var.
Ops ad viuendum quia terra opus est vocitatur. Var.
Saturni coniunx dicta est Ops: terra sit autem. F.
Nam generi dat opes humano terra vel omnes.
Hinc opulentus erit terrę qui rebus abundat.
Hostia Opima quidem pinguis: sint spolia Opima
Ampla ⁊ magnifica. F.
Ops opis iu cunctis fertur dea casibus esse.
Est possibilitas: est auxilium genitiuo.

Auxilium quarto vel sexto significatur.
Est possibilitas plurali aut diuitię sunt.
Auxilium quandoq; tamenue potentia fertur.
Sed timuit magnas pygmalionis opes. Fast, iij.
Hęc Opis nympha est. vndeno quęre poetam.
Nempe oculi morbus gręcis Ophthalmia fertur.
Ophthalmus nobis oculus bene significatur.

Or

Orchestramq; locum nostri dixere theatri
Saltabatur vbi; Orcheomę nam salto notabit.
Hinc ꝛ saltatrix Orchestria dicitur ipsa.
Orchesisue Orchema quidem saltatio fertur.
Orchystis vero saltandi ars; saltus ꝛ ipse.
Orcus at inferni fluuij cognomen habetur.
Est iuramentum romanis Orcos habendus.
Orcion aut Orcos iusiurandum quoq; foedus.
Sunt autem soliti diui iurare per illum:
De styge nanq; fluit veluti describit Homerus.
Orcus ꝛ est pluto; verrinę vt ferre videntur.
Ad iusiurandum voco nobis Orcoo signat.
Dixerunt nymphas sed montis Oreades esse.
Mons Oros est etenim romanis dictio gręca.
Orgia apud gręcos sacra omnia quippe feruntur.
Jam bacchi proprie sacra Orgia sunt vocitanda.
Jra Orge fertur; tamen Orgao tumeo dat.
Orthos apud gręcos rectum mihi significabit.
Orthoo verbum dat dirigo nempe latinis.
Recte scribendi ratio datur Orthographia.

Os

Tu funis ludum suspensi Oscilla vocabis
Quo se nostrates iactant per inane puellę.

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. V.
Oscillum notat os minimum: nam venit ab ore. Pris.
Ostrea sunt pisces: in conchis degere dicunt.
Ex horum solita est at purpura sanguine tingui.
Hinc Ostrum inuenies: ꝛ purpura significatur.

Ou

Est Ois in greco: sed Ouis gens itala dixit.
Non apud graios: Ouum dixere latini:
Interponentes u certe propter hiatum.

Ox

Oxidos hec Oxis fertur vas lector aceti.
Oxeos hoc Oxos recte dicetur acetum.

Pa

s Jt ludusue locus nobis romane Palestra.
Lucta Pale fertur: luctor nam dico Paleo.
Bis meiens romane tibi Palinurus habetur
Uros enim vrina est: iterum Palin esse notarunt.
Dinxisti pauline semel currente carina:
Deiere vis iterum iam palinurus eris. Mart.
Palma manus: Palma est arbor: victoria Palma.
Pamphagus omne vorans fertur: proprium canis extat
Pamphilus o lector cunctis dicetur amicus.
Papas significat patrem romane latinis.
Parricida patrem transfigit siue parentem.
Parricida hominem quemcunq; occidere fertur. F.
Passum rugosum vel siccum legimus esse.
Passio vel clades affectio vel Pathos esto.
Est nomen patrium quod nomine sumitur vrbis.
Nomen gentile est quod sumitur ab regione.

Semper bians Patulū dic esse: Patens quod ad hotā
Dic Patulas aures: oculos dic esse Patentes.
Pauper dicetur cui res non sufficit ipsa.
Pauperies damnum: Paupertas conditio sit.

Pe

Lanas ac telas Pecten parat atq̃ capillos.
Pubes inferior: piscis: citharę quoq̃ Pecten.
Omne animal prę̃ter hominem Pecus est vocitandū.
Est mihi fons Pege: dicetur Pegasus inde.
Oceani Pegas sedenim prope natus habetur.
Ab gręco Pelagos Pelagus dixere latini.
Dixerunt Pelagus docti maris esse profundum.
Aequor ab ęquando quum nil turbatur in ipso.
Ingens excelsus tibi sit romane Peloros.
Tu loca secreta in templo Penetralia dices.
Pentarchus fertur qui princeps quinq̃ manebit.
Quinquaginta regens Pentacontarchus habetur.
Librorum quinq̃ at Pentateuchus liber esto.
Lugeo dat Pentho: Penthos sic luctus habendus.
Vult pentecostes mihi quinquagesimus esse.
Corpore Percussus: Perculsus mente notatur.
Circuitus nobis vox gręca Periodos esto.

Pi Po

Pinnam ꝛ Pinnaculum muri dic esse cacumen.
Est Pyra congeries lignorum non tamen ardens.
Nam Rogus est ardens, combustum dicito Bustum.
Carmina qui fingit versusq̃ Poeta vocatur.
Omne genus debet doctrine nosse Poeta.
Nam solus sapiens quondam fuit ipse Poeta.
Garrulus illustris proprie Polyphemus habetur.
A ponto rege est Pontus prouincia dicta.

Pontizo mergo: Pontus mare dicitur inde.
Populus hęc arbor: Populus sed hic esto virorum.
Tentum Porrectum est: Exporrectum venit inde.
Portitor est portans: Portatus dicitur idem.
Portitor est portus Telonarius vocitandus. N.
Portorium merces quam portitor accipit esto.
Postqz domum ingressus Posticum dicitur esse.
Augurale tamen Postica est foemineumqz:
Sic etiam Antica.
Posthumus est natus post exequias genitoris.

Pu

Bis septem annorum Pubis hic hęc vocitatur.
Multitudo tamen Pubes hęc fertur haberi.
Dic famulum Puerum: Puer ętatem quoqz signat.
Sępe marem Puerum lector signare videtur.
Pupillus fertur patrem qui perdidit ille:
Pupillus fertur debetur dum sibi tutor.
Orphanus est etiam patrem qui perdidit: ast is
Auxilium patris vult atqz exoptat habere.

Ph

Philypnos latio somni dicetur amicus.
Philos amicus erit: componunt plurima secum.
Physis natura est: hinc Physicos esse notatur.
Est titan Phoebus: sed Ephebum dicito pubem.
Luna quidem Phoebe: sol Phoebus dicitur esse.
Lucidus ac purus romane Phoebus habetur.
A Phos atqz Bios quasi lux vitę vocitatur.
Lucifer a nobis dicetur: Phosphoros illis.
Lux seu lumen erit Phos dictio gręca latinis.

Pl

Dic vulnus Plagam: regio Plaga: ręte Plagę sunt.

Producas primam debes breuiare sequentes.
Plutos diuitias romane significabit.
Hinc Pluto inferni rex dicitur optime lector.
Plusios ab grecis romanis diues habetur.
Plutizo dito signabit. Pluteo ditor.

Pn

Spiritus ac ventus dicetur Pneuma latinis.

Pr

Fertur Prepositor qui pre me fercula ponit.
At si deponit tunc Depositor vocitandus.
Depositarius est cui depositum tribuemus.
Non loca duntaxat stabuli Presepia dicunt
Omnia clausa quidem loca tutacz significantur.
Primus de multis: Prior est e quippe duobus.
Esse Procos dicunt connubia sepe petentes.
A patria Profugus longe fugiens sit habendus.
Extra quippe solum expulsus tunc dicitur Exsul.
Naribus est herens pars quedam longa Proboscis.
Naribus hec cunctis brutorum cernitur esse.
Prora prior: Puppis pars vltima: ⁊ ima Carina.
Ante quidem scenam Proscenia pulpita dicunt.

Q

q Quadrans ps assis quarta est: vt Varro notauit
Tris retinet Quadrãs: ꝫ quattuor adde Triẽti
Quincũx quincz tenet: verũ sex Semis habebit
Questor querebat qui publica dicitur era:
Tum malefacta simul.
Quicqz est scribendum per.c. Fabius velut inquit.
C. Quicquid retinere docet Caper optimus auctor.

Nancq duas inter voces.d.diuidit vsq.
Sic quanquã capit.n.fiat nę dictio duplex.
Dic Quiddam mirum: templum Quoddam Veliterne.
Sic quicquid quodcunq simul differre notarunt.
Adiectum Quiddam:substantiuum dato Quoddam.
Quisquilię terrę sunt purgamenta vocanda.

Ra

v Jrga geometrę Radius:Radijq rotarum.
Texuntur Radio telę.Radios quoq sol dat.
Prędo Rapax:fluuius Rapidus:Rabidusq catellus.

Re

Sunt Reduces illi qui euadunt magna pericla.
Regius est regis:Regalis regeq dignus.
Dic Resides pigros vel inertes ac ociosos.
Rex thracum Rhesus diomede ꝛ vlyxe peremptus.
Rhetorica a nostris est oratoria dicta.
Ars benedicendi romane Rhetorice sit.
Rhetor at orator:licet Orator vocitetur
Qui causas orat:Rhetor qui rhetoricen dat.
Orator legatus item:Haro testis habetur:
Jamq oratores aderant ex vrbe latina.
Rheuma quidem fluxus:fluo nanq Rheo mihi signat.

Ri

Duriciesq Rigor:Rigidus sit durus habendus.
Rhythmus romane numerus bene significatur.
Vnus amor quibus est Riuales rite vocantur.

Ro

Rhoeteum troię mons ac vrbs:quo iacet aiax.
Rhoeteus siue ꝛ Rhoeteius inde redundat.

Rostra auium sunto: Pro rostris anteq̃ rostra.

Ru

Rubigo vitium culmi est: scabies quoq̃ ferri.
In naui funes proprie dic esse Rudentes.
Rudere nam vento percussi rite putantur.
Rusticus ab rure est: a villa Villicus autem
Villicus est proprie villę custos vocitandus.

Sa

Saga ferebatur solita expiare sacerdos.
Foemina sacrorum veri sapiens quoq̃ Saga est
Saga anus est docta ⁊ quę certe plurima noscit
Saga a Marcello pro lena ponitur ipsa.
Esto Sagax solers ⁊ acutus sit quoq̃ prudens.
Sal siccus calidusq̃ simul: fluxumq̃ calore
Contrahit: humorem sed siccitate coercet. Mac.
Sarcophagus lapis est: at pro posuere sepulcro.
Sarcophagus carnem comedens romane feretur
Satrapa prefectus prouincię babebitur ipse.

Se

Seditio in populo discordia nata vocatur.
Nempe dolo nobis sine Sedulus esse feretur.
Sedulus assiduus studiosus sollicitusue.
Semestris luna est medio sub mense reducta.
Corporei Sensus: sentimus sensa vocant quę.
Dic tua Sensa mihi: mea cunctis Sensa patebunt.
Qui medius seruat pignus sit quippe sequester.
Serra secat lignum: Sera continet hostia clusa.

Si

Syllaba dicetur complexio quippe latinis:

Syn con

Syn con: Lambano capio signare notarunt.
Syllogismus enim collectiuus vocitatur.
Ille tui Similis mores qui seruat eosdem.
Ille tibi Similis faciem qui seruat eandem.
Conuenientia dicetur Symphonia vocum.
Flaccus in arte quidem Symphonia protulit ipse.
Conuiui prefectus erit mihi Symposiarchos.
Sinciput anterior capitis pars dicitur esse.
Occiput at partem designat posteriorem.
Porcini capitis pars est condita profecto
Sinciput: at fertur quasi semicaput vocitatum.
Syngrapha sit pacti conscriptio tractus idest Con.
Romane Synodus conuentus dicitur esse.
Syn con significat: sed Hodos via significatur.
Ode fit cantus hinc ⁊ Comoedia dicta.
Lanugo Situs est humore in quippe creata.
Hęcq locis semper fit sole carentibus ipsa.
Fert positumq Situs: vel rite positio fertur.

So

Sobrius est ebrio contrarius vsq ferendus.
Est Sonipes quia dat sonitum pes eius eundo.
Succussator erit q lędit succutiendo.
Cōmentumue dolus romane Sophisma vocatur.
Sors notat euentum: capitaleq Sors vocitatur.
Sors est fortuna: ⁊ Sortes responsa deorum.
Soter saluator: Soteria quippe salus est.
Dic Soso saluo.

Su

Subligar est illud quo pars pudibunda tegetur.
Fert instrumentum sutoris Subula acutum.
Quodq tibi tribuit Subula: sica rapit. Mart.

Quod tunicę suppono Subucula dicitur esse.
Dixit enim Flaccus; Si forte Subucula pexę
Trita subest tunicę.
Prosperitas Successus erit; testantur id omnes.
Est aer Sudum pluuias post nempe serenus.
Supplicia appellant tormenta precesq; deorum.

Sc

Asper enim Scaber est; Scabies hinc dicta notatur.
Asperitas cutis est Scabies; pruritus inestq;
Scęna ab romanis umbratio dicitur esse.
Uas Scaphium dicunt uinę; ꝛ fertur oleti.
Uirga quidem sceptrum reges quam ferre solebant;
Quippe iouis proprium.
Schema figura datur; cultus quoq; dicitur apte.
Schisma ab romanis scissura dicitur esse.
Nam Schizo scindo est.
Schoenos funis erit; hinc Schoenobates vocitatur;
Per funem incedens.
Uox Schola greca quidē; vaco signat nempe Scholazo
Scorpius est animal; sed Scorpio bellica res est. Cap.
Sępe aliter legi.
Spargo Scorpizo; fit nomen Scorpius inde.
Scrobs signat fossam; Scobs sordes significatur.
Scurra est irrisor; Cicero fert Scurra facetus.

Sp

Est Spatha gręcorum; Spathao mihi dilacero fert.
Spelęum gręce nobis Spelunca vocatur.
Spica a spe fertur; Uarro nam scripserat olim.
Spira quidem funis globus est proprie vocitandus.
Sponte voluntate est.

Sq

Squalens est splendens: a squamis nanq̃ redundat.
A squalore tamen descendens sordidus esto.

St

Stagnum aqua stans fertur: Stannum tamẽ esto metallũ
Stemma ornamentum dicetur stirpsue corona.
Stigma quidem punctum nobis nota siue feretur.
Stentor apud troiam grecus: cui vox fuit ingens
Pro quinquaginta sedenim clamare solebat.
Ab grecis Stephanos: nostri dixere coronam.
Styx palus est Erebi: fertur Strix esse volucris.
Stricturę ferri Scintillę sunto calentis.
Stuprator viduę fertur seu virginis esse.

Ta

t Abes est humor qui nempe cadauere manat.
Tabo corrupto dic sanguine significari.
Tenia rite potest romane fascia dici:
Ponderis est nomen (duplex quod dico) Talentum.
Atticum ⁊ Euboicum: tamen Atticon est quoq̃ duplex
Magnum vel paruum: Magno quater vncia detur
Octoginta simul tres libras iungere debes.
Sexaginta tenet libras paruumq̃ Talentum.
Euboicum vero paulo minus hoc fuit illud.
Talus Taxillus ludus: pars in pede Talus.
Tartarus inferni carcer: locus atq̃ malorum.
Conturbor sedenim vox greca Tarattomę signat.

Te

Theca quidem fertur loculus vagina sepulcrum.
Technia ars: Technites est artifex ipse vocandus.

Hinc Calotechnus erit compostum vel Cacotechnus:
Artifex ille bonus:malus artifex hinc vocitatur.
Est Telonarius publicanus nempe vocandus.
Telos vectigal:Telonęum voco mensam
Hinc telonarij.
Est Thema romanis positum Veliterne ferendum:
Attenuat quoniam vinum Hemetum vocitamus.
Pars capitis Tempus:spatium dic esse dierum.
Sunt hastę Teretes:sed poma Rotunda vocantur.
In sphęręq modum formam teretem tulit ille. Hac.
Dic tergum dorsum:Tergus corium tamen esto.
Therme nempe calor:Thermos calidus vocitatur.
Calfacioq notat Thermęno quippe latinis.
Sit Thespis vates:Thespizo vaticinor dic.
Dic Thetis hęc thetidis:si mater habetur achillis.
Oceani coniunx Tethys dat tethyos huius.

Ti

Est Timidus semper pro tempore dico Timentem.
Turbo procella simul romanis esto Thyella.
Pulpiton a nobis Thymele vel scęna feretur.
Istrio dicetur mihi nempe Thymelicos esse.
Imperij raptor mihi dicitur esse Tyrannus.
Grece autem differt nil rex atq ipse tyrannus.
Tyro nouus miles:Tyrunculus inde redundat.

To.

Thorax grętorum vox pectus significabit.
Pectoris hinc tegmen latij dixere poetę.
Laneus at thorax quadam pro veste legetur.
Torrens est fluuius:sed qui siccatur in estu.
Torris t est Ticio:lignum Ticio sit adustum.
Mensa Torus:sedes:tum lectus:tum quoq pulpa.

Colla Torosa boum releges dixisse poetas.

Tu

Tumba cauus locus est sub terra: Tymbos ab illis
Sepe tamen releges positam pro quippe sepulcro.
Inflatus Tumidus fertur: Tumidusq; superbus.
Terra tumens Tumulus: fertur quandoq; sepulcrum.
Turbinis hic Turbo ventorum vis quoq; gyrus.
Turris nomen habet quoniam contraria terret.
Tus quo placantur pia numina dicimus illud.

Tr

Transfuga miles erit quisquis transfugit ad hostes
Transtra appellantur sedes vbi nauta quiescit.
Quo teritur locus est perpinguis oliua Trapetum.
Vir Trapezita est: Trapezaq; mensa vocatur.
Qui numerat nūmos: qua nūmi connumerantur.
Nempe Triambos erit grecis: latioq; Triumphus.
Impedimenta Tricę dicuntur: Nonius auctor.
Est rota nempe Trochus: fertur rota parua Trochiscus
Esto Thronus sedes.

Ua

c Allid° esto Uafer: quasi valde afer vocitat. N.
Uallum dicetur munitio condita vallis.
Sunt Ualli fustes Uallum quibus ędificatur.
Uanus enim stultus vel fallax accipiendus.
Est etiam Uanus mentitur qui sine fructu.
Mendax mentitur qui tantum ad decipiendum. Gel.
Uannus frumentumue legumen ventilat ipsa.
Obtortis Uari plantis: Uarices tibiarum
Inflexę venę: Uaricosus dicitur inde.

Vas vadis spondet: fluuij breuis vnda Vadum sit.
Ex creta factum vas Fictile dicitur esse.
Vastus vastatus vel magnus sepe legetur.
Vates fatidicus fertur: ferturq; poeta.

Ve

Est vrbs insignis volscorum nempe Velitre
Antiquo in latio: magna ⁊ populosa feraxq;
Cesaris Augusti patriam dixere latini.
Vltima Tranquillus docuit: Dionysius illa. Li. vij.
Turbati atq; mali Vecors est cordis habendus.
Vectis erit ferri palus: vehitur quia dictus:
Qui vehit ⁊ vehitur Vector solet esse vocatus.
Vellus lanicium a vellendo: vellere nanq;
Olim sunt soliti tonsura quippe latente.
Nascitur a venio Ventus. Pris.
Verne ex ancillis generati in vere vocantur. F.
Vespera ceu dicunt occasum solis erit post. Adac.
Vespera sit tempus quo vesperugo orietur
Prima quidez stella. id tempus q̃z Vesper habetur. V.
Hic vero Vesper stella est vt Seruius infit.
Vestibulumq; domus ingressus primus habetur.

Vi

Est Via qua vadis: ratio Via: fertur ⁊ vsus.
Victricus a vulgo patreus solet vsq; vocari.
Vindex dicetur ventura pericula pellens.
Preteritumq; malum qui punit dicitur Vltor.
Vinum a vi dicunt: a vino dictaq; Vitis.
Vineaq; a vite est.
Annis coniugio sexu probitate Vir esto.
Illa Virago tamen faciet que facta virorum.
Virgula virga breuis: Virguncula parua puella.

Uirtus est vitium fugere: vt dixit Uenusinus.
Uis possibilitas: violentia: ⁊ impetus esto.
Uita fouet corpus: constringit Uitta capillos.
Spiritus est certe sed Uita reciprocus ipse.
Nempe diu viuens Uiuax proprie vocitatur.

Uo

Non squamisue pilis: non cortice quippe teguntur
Sed pennis Uolucres: Uarro a vult esse volatu.
Quodq̃ vomit terram Uomer dixere vetusti.
E geminis alter viuens sit nempe Uopiscus.
Est Uortex fluuij: capiti sed tradito Uertex. Lap.
Uortex antiqui dixerunt postea Uertex. Fab.
Est Uortex in se dicendus lympha retorta.
Pars capitis summa est Uertex: summũ quoq̃ montis.
Uox quicunq̃ sonus proprie mihi significatur.
Uox est omne sonans: fractasq̃ ad littora voces
Sensit: ⁊ ad sonitum vocis vestigia pressit. U.
Est aer tenuis Uox ictus: ceu docuere. Pris.

Uu

Uuidus vt Uarro vult dicitur humidus esse.
Uuidus humorem qui fert intrinsecus esto.
Hinc Uuam appellant.
Humidus humorem qui fert extrinsecus extat. S.
Infertur Uulnus tamen Hulcus nascitur ex se.
Mutatur Uultus: Facies at permanet vsq̃.
Alga maris herba est: fertur tamen Ulua paludis.
Ambarum manuum tamen Ulna extensio fertur
Unius aut cubiti. Cubitum pes cum medio fit.

U

Umbo est pars clypei medij: queq̃ eminet vsq̃.
Est Uter e binis: e pluribus at Quis habetur. Fab.

Uxori seruit quicunq; Uxorius esto.
Uxor at vnxor erit lector quasi dicta: lupino
Nanq; adipe vngebat postes noua nupta mariti
Nę medicamentum possent inferre nocentes. Pl.

X

Socratis est coniunx Xantippe sęua superba.
Hectoreus sonipes Xanthus: fluuius q̃q; troię.
Flauus apud nostros Xanthos dicetur inesse
Hinc amni est nomen: naz reddit oues quoq; ruffas. Pl.
Hospitale quidem dicetur Xenodochium.
Est lignum Xylon: syluam hinc docuere vocari.
Dic Xerolibyam siccam libyam bene dici.
Nam Xeros siccus nostris romane feretur.

Z

Zelotypus formę ęmulator dicitur esse.
Est ęmulatio Zelus: forma est Typos ipsa.
Hinc Zelotypiam nostri duxere latini.
Zelus amor fertur: siue ęmulatio nobis.
Est Zephyrus ventus sero qui a vespere perflat.
Ferueo nempe Zeo.
Pictor erat Zeusis perfectus: diues ꝛ ample.
Signorum gyrus Zodiacus est duodenum.
Nanq; animal Zoon gręcorum dictio signat.
Zographia quidem fertur pictura animalis.
Zonnysco cingo: Zona autem circulus esto.

Finis nominum.

De Verbis titulo.ij.

Ab

Abdicat heu natos genitor dum viuit:ab omni
Expellit gaza.morte Exhereditat illos.
Qd remoues Abigis:dubitans tñ Ambigit ille
Dic Abigo muscas:expello significabit.
Hinc ꝛ Abactus erit dictus quicunqz coactus
Officium perdit.
Ast Abigo pecudes furor notat:inde Abigeus.
Hinc ꝛ Abactor erit furans armenta gregesue.
Abstergitqz Abolet vel delet significabit.
Abrogat hic legi penitus legem remouendo.
Derogat ille tamen legi quum pars remouetur.
Separor Abscisco Descisco ꝛ Descio signant.
Ascio ꝛ Ascisco adiungo assumoue notabunt.
Consciscо ad mortem spectat:nam dicimus apte
Consciuit mortem sibi portia nata Catonis.
Absto dic longe sto:Absisto sic quoqz signat.
Sed discedo etiam.
Abstinet a vitio vitij vitium vitioqz.
Sepe Absunt pugnę siue a pugna sapientes.

Ac

Incitat accendit signare Acuit monuere.
Euocat Accersit(Diomedes auctor habetur)
Accusat vero Arcessit:quod ab arceo fiet.
Quippe Accusare est arcere malis faciendis.
Accerso siue Arcesso Laurentius inquit
Pro vocito poni:siue ad pro vado vocandum.
Accidit aduersum:Contingunt optima pulchra.Cap.
Denotat Accingit munit parat instruit armat.

f.l.

Ex alio Accipimus;tamen apte Sumimus ipsi.
Accipe dic dando:permittens tollere Sume.Cap.
Accipit assumit sentit:dic Accipit audit.
Applico ⁊ adiungo scribunt Accōmodo ferre.
Accusare aliquem peccasse ostendere signat.
Incusare tamen mores reprehendere dicunt.
Talibus Incusat:gressumq; ad moenia tendit.U.

Ad

Ex hamo obliquat deductum dicit Adhamat.
Illi Adeunt vrbem vel ad vrbem dic ⁊ in vrbem
Hic Adimet vobis:a vobis aut:mala cuncta.
Contrahit Adducit:miseros adduxerat artus.
Adiugat adiungit:qui separat Abiugat illud.N.
Adiuro quotiens aliquid fecisse negabo.
Periuro Abiurat quum credita quis negat ipsa.
Abiurant etiam qui contra ius retinebunt.
Admitto assumo:si Amitto perdo notabit.
Admouet apponit:remouetq; Amouet manifestat.
Est Adolet verbum reddentis sacra:notatq;
Uotis vel precibus numen cumulat vel honorat.N.
Cura penum struere:⁊ flāmis adolere penates.U.
Adsum sum presens faueo venio quoq; signat.
Illis aut illos certe bene fertur Adulor.
Aduentat iamiam qui proximus est veniendo.
Uentitat ille tamen veniet quicunq; frequenter.
Aduersorq; tibi contrasum denotat apte.
Te Auersor signat te respuo abhominor atq;.
Te Auersor dicas a te pre odio scelerate
Auerto vultum.
Aduerto mentemue oculos:conuerto notabit.
Auerto oppositum signat sit nempe reuoluo.

Ae

Aestimo significat taxo considero siue.
Judico Valla docet Existimo significare.
Aestimo remq; prius: sed post Existimo qualis.
Hoc quicunq; leget: siquis leget: Aestimet ante
Compositum quo sit tempore quoq; loco. Nas.
Aestuat hic feruet calet ardet significabit.

Af

Appetit Affectat proprie signare notatur.
Afficit inducit: nos afficit iste dolore.
Te Afficio lacrimis: te somno: teq; pudore.
Affluit ira tibi: dicunt simul Affluis ira.

Ag

Implicat Agglomerat coniungit reddere debet.
Tractat Agit ducit facit expiratq; notabit.
Semper Agis causas: ⁊ res agis attale semper.
Est non est quod agas attale: semper agis.
Si res ⁊ causę desunt agis attale mulas.
Attale nę quod agas desit agas animam. M.

Al

Algeo designat rigeo vel frigeo nobis.
Allicit Allectat delectat item bene pandit.
Dicitur Alludit sententia quando latenter
Fert aliud fuerit q̃ dictum forte per ipsam.
Ludere sit versu describere siue iocari.

Am

Diligit hic leuiter: Deamat vel Amat vehementer.
Turpiter hic Adamat: sed honeste vel reperitur.
Nempe Colo sancte: sed turpiter ac Amo caste.
Qui fuerat Cultor factus Amator erat. Nas.
Qui iacit Amentat: Jaculum amentauit habena. Luc.

An

In te Animaduerto designat punio quippe;
Teq; Animaduerto tuoꝝ aspicioue notabit.
Annuere ac Nuere esto naris vel labiorum
Innuere est facie; Nictare sed est oculorum.
Nutare est capitis; Marcellum prębeo testem.
Annuit Affirmat; tamen Abnuit abnegat vsq;.
Antecedo illis aut illos sępe legetur.
Omnibus aut omnes paulus meus Anteit astu.

Ap

Appeto cum affectu; ratione ast Expeto semper.
Qualiacunq; petit primum; sed honesta secundum.
Applicat appellit; ponit iuxta; admouet aiunt.
Appropinquabant omnes vrbi vel ad vrbem.

Ar

Architectari componere Nonius inquit.
Resplendens Ardet; quicunq; irascitur Ardet.
Ardent qui properant; Ardent quicunq; cremantur.
Arguo te somni vel somno paule benigne.
Est Aroo gręcis; Aro nobis inde redundat.
Compono Artizo designat perficioq;.

As

Ascio ꝛ Ascisco adiungo assumoue notabunt.
Assurgo dominis; Insurgo durus in hostes.
Assurgunt sani quo stent; sedeant tamen ęgri
Aut vt nitantur cubito. Assurgis reuerendo.
Unum ꝛ idem signant Asto ꝛ Sto verbula neutra.
Astare esse nota; vt sedes astare relictas.
Dicitur Asto tamen de re labi nequeunte. S.

At

Attendo intendo vel perseuero notabit.

Attendo iuri vel ius reperire solemus.
Attendo te oculis: Attendo tibi quoqz mente.
Attendo veteres quarto: nunc iunge datiuo. Biom.

Au

Aufero multa tibi siue a te Marce superbe.
Aufugiet nobis a nobis aut malus ille.
Aulizoqz habito nostris dicetur in aula.
Aurigor moderor rego vel signare memento.
Audio te ausculto: tibi vero obtempero signat.

B

b Aiulo Marcellus docuit fero significare.
Baiulus inde venit qui fert aliqd: vel alumnus
Balbutire quidem Marcello teste feremus
Siquis confusa lingua ⁊ trepidante loquetur.
Vulnero significat Ballo mittoue sagitto.
Baptizo mergo: sed Bapto tingo notabit.
Est elephas Barrbus: Barrbire hinc dicitur ipse.
Bastazo porto: Bastazontas generabit.
Stulte ⁊ pręcupide loquitur qui Blacterat ille.
Ipse camelus item clamando Blacterat vsqz. F.
Blacterat ille etiam qui per mendacia fingit. N.
Correpta prima Venusinus protulit illud
Audit quũ magno Blateras clamore furisqz. Serm. i7.
Blacterat ipse quidem Tortellus scribere iussit.
Blapto fert noceo: Blaptas hinc esse docemus
Pennatas tineas: quę nempe fauis generantur.
Bombeo dic resono: Bombus sonus esto latine.
Bosco dat pasco: Broscho tamen est edo nobis.

Ca

a Cado fit cecidi: format nam Cędo cecidi.
Calceo te caligas caligis vel: Calcio siue.
Capsa Capit libros: librorum nempe capax est.
Illis aut illos vel ab illis paule Caueto.
Cazo (orno romane dabit tibi) dictio gręca.
In mare demergo Catapontizo mihi pandit.

Ce

Cędo percutio cęsum dabit atq̃ cecidi.
Doq̃ locum Cedo cessi ⁊ cessum generabit.
Hi Cernunt oculis: animo tamen iste Videbit.
Sic libro in sexto Ciceronis epistola monstrat.
Cęlo dum scalpo lapides: Celo cooperta.
Celo te librum: de libro vel tibi librum.

Ci

Te Cingo zonas vel zonis aut tibi zonam.
Dic canto cithara Citharizo significare.

Co

Hic noua Cognoscit: vetera hic Agnoscere fertur.
Non tamen id seruant.
Qui colit ornat amat vel honorat arat habitatq̃.
Sic Colitur facies. natus. deus. ac ager. vrbsq̃.
Concumbit violat. Procumbit numen adorat.
Conducit dantis pretium: Locat accipientis.
Confidunt illi siue illo nostra iuuentus.
Comparo te fratri: cum fratreue dicere possum.
Confero te soli cum soleue pulchra puella.
Confero coniungo: libros iam confer in vnum.
Confero me romam: vel in agrum. duco notabit.
Consulo te quęro: tibi Consulo consilium do.

Consulo Quinte tibi domui quoq̃:prouideo sit.
Contendit pug nat. Contemnit spernit vbiq̃.
Contemno plus est q̃ vitupero velut aiunt.

Cu

In campo Curro si sis bene dicis in illo.
Si tamen exterius:tum in campum dicere debes.

Da

d At dicit:prębet:concedit. Dat quoq̃ poenas.
Decumbit plorans. Incumbit at hęret ⁊ instat.
Occumbit moritur. victus Succumbere fertur.
Discumbitq̃ comest.
Has res Dedignor:Dedignor ⁊ his quoq̃ rebus.
Sic etiam Indignor.

De

Despicio signat sperno:videoq̃ deorsum.
Dispicio accurate inquiro.
Deduco prosequor:Diduco diuido signat.
Ad terram Subduco rates:Deducis in ęquor.
Despondet pueriq̃ pater:Spondetq̃ puellę.
Detrahit hic nobis:de nobis Detrahit idem.

Di

Disto decem passus a te:vel passibus aiunt.

Do

Te Doceo causas:de causis te Docet ille.
Dic Dominor cunctis:in cunctos:in quoq̃ cunctis.
Dono tibi munus:te Dono munere siue.

Du

Vir Ducit:mulier Nubit:quia tegmine quodam
Obnubit caput atq̃ genas:Caper indicat illud.

e Do quasi extra do pario loquor ⁊ manifesto.
Paulus Eget rerum vel rebus sepe secundis.
Egredior q̃ vrbem: siue vrbe: ⁊ ab vrbe malor.
Empleo fert grecus: dixerunt impleo nostri.
Aemulor ipse illi siue illum dicitur apte.
Est Epipheno mihi ostendo aut illustro ferendum.
Eripiam vobis a vobis aut mala cuncta.
Nempe vale nobis Erroso significabit.
Est illi Cicero nomen: vel dic Ciceroni.
Euadunt hostes illi aut ex hostibus omnes.
Euangelizo dic nuntio significare.
Euenit hoc illis vel in illos in simul illis.
Excessit patria siue ex patria decus omne.
Excubat in castris homo peruigil: Incubat ales.
Exeo dic fluuium: fluuio simul: ex fluuioue.
Expauesco notans Exhorreo iungito quarto.
Et sexto ⁊ quarto sed Abhorreo iungitur apte.
Sequaq̃ Abhorrebas prisci precepta parentis. Cat.
Sumq̃ alienus enim signat: valde horreo siue.
Exoleo excresco: sic Exoletus habetur.
Ae cura expedio: siue a cura bene fertur.
Expello e latio: latio simul. Extrabo iungas.
Expirat moriens: Suspirat sed gemebundus.
Tunc homo Conspirat si coniuratio fiat.
Aspirat seu Respirat qui flat redoleteq̃.
Attamen Aspirat quandoq̃ fauere videtur:
Prestita cõmemorans ille Exprobat: Opprobat autem
Opprobrium dicens: hoc est vitium: Caper auctor.
Exultat membris: animo Gaudere notamus.

Exuo

Exuo vos tunicam:tunica simul:a tunicaue.
Exuo mi vestem. Iamdudum vincula pugnat
Exuere ipse sibi Nasonis septimus inquit.

F

a D me siue mihi Fatur regina polorum.
Corpore qppe Ferũt: iumẽto ꝛ corpore portãt
Fert patitur dicit cupit atqꝫ gerit dabit apte.
Flagitat a quinto vel quintum pindarus artem.
Fla facit ardorem:sed odorem Fra dabit vsqꝫ.
Ignis enim Flagrat:sed poma recentia Fragrant.
Fido illi aut illo:quoniam bonus esse videtur.
Contenti Fruimur:Cupientes Utimur vsqꝫ.
Sic Fruor aspectu ꝛ cantu:sed vestibus Utor.
Ille Frui maluit palma:poterat tamen Uti.
Nempe voluptatem capere est vtendo Fruiqꝫ.
Fungimur officijs:optatis rite Potimur.
Uescimur at dapibus.
Fugerunt illum vel ab illo crimina cuncta.
Fungimur officium siue officio sapientum.

G

g Annire est vulpis: Grundit sus. Rudit asellus.
Balat ouis proprie:certe sed rana Coaxat.
Boscꝫ Boat. Sequit tñ vrsus: grus Gruit alta.
Sed vitulus Mugit.
Hinnit equus:lupus ast Hululat:miluus Iugit acer.
Ast elephas Barrhit:turdus Tritulare notatur.
Ipse Fremitqꝫ leo:merulus sed Frendit amoene.
Aes Tinnit. ferrum Stridet:ignis Crepitabit.
Quippe canis Latrat:populus Strepit asper ꝛ acer.

At Gluttire volunt gallinas vel Glocidare.
Turtur ⁊ ipse Gemit lector: Gemit ipsa Columba.
Bubit apes. anser Gelingit. Murmurat autem
Cursus aquę. Garrit loquitur qui verbula multa
Et stulte ac nulla ratione: hinc Garrulus apte
Verbosus fertur. ꝙ hirundo Minuerit dic.
Gratulor est lętor: vel Gratulor est ago grates:
Quippe deis tantum.

H

b Aurit sumit aquas: Haurit qui vulnerat hostes,
Auribus Haurimus. oculis Haurire solemus.
Hostire (vt voluit Pompeius) nempe ferire est
Aequare est etiam: quod Nonius edocet ample.
Harpazo rapio fert: Harpagesq; rapinam.

I

i Bo viamue via dicemus nempe latine.
Illudo paulo: paulum quoq; dicere possum.
Incedit sapiens: ꝓperans tamen Ambulat idē.
Increpo dic alta voce ⁊ sonitu reprehendo.
Indico indicis denuntio significabit:
Romulus Indixit pugnam laurentibus acrem.
Hinc venit Indictum funus Festo referente
Ad quod pręconem per tunc homines vocitabant.
Induo me pellem: vel pellibus: aut mihi pellem.
Quintus Inest camerę siue in camera bene fertur.
Impendo curam ac operam rebus vel ⁊ in res.
Hostibus Insideo: medicus pius Assidet ęgro.
Subsidet hic patrię: sed Pręsidet ille Velitris.
Obsidet hic muros. podio sed Considet iste.

Accusatiuum regit Instó simulq; datiuum.
Iminet aut vrget premit attendit simul Instat.
Instat mors illi:bellis Instamus ⁊ armis.
Instant me vatum monitus curęq; mineruę.
Insultas illis illos simul inuenietur.
Intersunt pugnę siue in pugna Veliterni.
Intrabant vrbem vel in vrbem tota caterua.
Inuadunt illos vel in illos sęua iuuentus.
Quęsita Inuenio:Reperis quę sors dedit vltro:
Protulit hinc Naso:Tu non inuenta reperta es.
Inuideo vobis aurum:Maro testis in hoc est
Liber pampineas Inuidit collibus vmbras.
Inuidet hic fratri laudis laudem quoq; laude:
Dicere quisq; potest Diomedem conspiciendo.
Irascor votis vel propter vota superbus.
Iuro per terram;terram mare sidera Iuro.

L

l Acteo lac sugo:Lacto lac prębeo nato.
Qui mittit Legat:Legat testando relinquens.
Nempe Lego gręcis romanis dico notabit.
Res Latet ipsa mihi vel me tua semper amice.
Nauigat ipse Legens furatur colligit atq;
Percurrit libros oculis cernit quoq; transit.N.
Vos Leuo ponderibus:Leuo pondera dic q̃z vobis.
Libero te curis:a curis Libero dices.
Non Licet asse mihi:qui me non asse licetur
Et centum gręcos vno centusse licetur.Pers.
Ludere sit versu describere siue iocari.
Decipere est etiam.
Nos aleam ve alea Ludemus quippe frequenter

Clarificat purgat circumspicit omnia Lustrat.

M

p Oena tibi vel te crudelis magna Manebit.
Teue tibi Medicor Medeor Moderor qz di-
Remue rei Demini passim dixere poetę. (cunt.
Pectora nostra Micant: si fulgura forte Micabunt.
Sortiri digitis tremere ac fulgere Micare est.
Illius aut illum siue illo Miror abunde.
Mitto tibi libros aut ad te Pindare fili.
Ille tuiue tibi Miseretur amice benignus.
Moereo producens primam tristor doleo fert.
Sed Mereo Mereor signat: vel milito lector.
De te aliquid Mereo: Mereor quoqz dicimus apte:
Te de aliquo Mereo Mereor vel dicere possum.

N

n Auigat hic ęquor dixerunt siue per ęquor.
Sēma Nitet: sidus Splendet: cādelaqz Lucet.
Aurum Resplendet: victor certamine Pollet.
Nititur hic hastę siue hasta dic ꝛ in hastam.

O

m Orte Obeunt morrēue tui pauline sodales.
Obliuiscar ego poenę vel dicito poenam.
Occumbit neci: necem quoqz dicitur apte.
Hic Olet vngentum: siue vngento reperitur.
Te libris Onero: tibi libros ac Onerabo.
Oro te veniam siue a te dicere debes.
Occido perimo: sed denotat Occido labor.

P

p Ascit ouis lentem:lens Pascit ouem q̃z fertur:
Pascitur hic herba:simul herbam pascitur idez.
Tu mortem vel morte Paues ditissime regum
Percontor notat id quod perscrutor capiens o.
Percunctor retinens.u.signat quod moror illud.
Percontor doctos a doctis vel tua facta.
Grata Petit:Poscit sed debita:Flagitat ardens.
Hic Petit a phoebo:vel Phoebum lumina nobis.
Denotat ire Peto:vt peto regem:vel peto romam.
Qui Petit aggreditur:petet hic te fuste vel ense.
Vltro Polliceor:Promitto sepe rogatus.
Postulo te corylos:a te quoq̃z Postulo pacem.
Postulo significat lector quandoq̃z requiro.
Postulat id tempus res causa locus pietasue.
Remue rei Potior:tu re potiere cupita
Poto.Potisso.Bibo:multum:modicum:moderate.
Precipit antecapit:qui mandat Precipit idem.
Illis aut illos Prestas virtute Catonis.
Ab ioue siue iouem semper bona cuncta Precabor.
Hunc ego Prestolor vel huic dixere vetusti.
Tendo vel laudo dicunt Probo significare.
Tradere post potum scito signare Propinat:
Porrigit ergo notat.
Prospicit hic oculis Ciceroni vel Ciceronem.
Prosum discipulo:sed Proficit ipse legendo.
Qui Putat incidit:Putat ꝛ qui mente reuoluit.

Q

q Uadrat consentit vel congruit;aq̃z lapillis
Deductum Quadris.

A te Quero librum; te Quero de quoq; libris.

R

p Ro Reamo Redamo dicunt; pro sicq; eire
Dico Redire quidem; binę vocalis hiatum
Ad procurandum quia littera. d. solet addi.
Cuncta Refert nobis; dic nuntiat atq; reportat.
Hi Referunt ad me; quęrunt a consilium me.
Expensum Refero; rationem reddo resolue
De impensis factis.
Te veniam Rogat hic; a te quoq; dicitur apte.

S

s Acrificat veniam poscit; Litat impetrat aũt. N.
Vult gustũ Saturo. Satio sensus tenet oĉs. L.
Si Sero subiungas seui; de semine dicas.
Si Sero dico seras; tunc limen ⁊ hostia claudo.
Si Sero dico seris; tunc terris semina mando.
Hi Scandunt tecto; tectum quoq; scandere possunt.
Quod non sum Simulo; sed Dissimulo quod ego sum.
Soluit dissoluit; liquidum facit; ⁊ pretium dat.
Iste Subit muro murum ad murum quoq; fertur.
Hanc rem Succingor siue hac re dicere debes.
Hunc Supero vinco; Superant tibi multa supersunt.
Hic Superat viuit; puer ascanius superat ne:
Hoc Superate iugum; pro ascendite Virgilius fert.
Suggero quippe notat tibi Suppeto; Suppetias hinc
Quod notat auxilium vel ad auxilium bone lector.
Do tibi Suppetias; venio tibi Suppetiasue.
Suppetię Plautus mihi sunt dixisse notatur.
Supplantare pedem signat supponere quippe;

Suſcipit hic mente:ſed corpore Succipit alter. Cap.
Spargit humi vinum:vino quoq; ſpargit humum dic.
Sterno toro tegmen:ſternis quoq; tegmine eundem.
Rem vel re Stupeo ſepe dixere latini.

T

Ergiverſatur fallit mutat quoq; dicta.
Ult Theſaurizo ſeu colligo ſiue repono.
Reſpicit ad preſens Timeo: Metuoq; futurum
Hic Timet ⁊ Metuit te tanq; ſis inimicus.
Ille timet metuitq; tibi tanq; ſed amico.
Ex illo Timeo mihi mortem vel Metuo dic.
Ebrius hic Titubat:nauiſq; Vacillat in vndis.
Lingua ſimul dentes lector Titubare notantur.
Nempe domus fragilis Nutare ſenex quoq; fertur.
Tollit alit remouet gerit erigit accipit aufert.

V

t V virtute Vacas: virtuti aſt ipſe Vacabo.
Quadrãtem quadrãte ſimul res ipſa Valebit.
Eſt Vereor timeo. Reuereri dic venerari.
Veſtio te veſtes:⁊ veſtibus:aut tibi veſtem.
Tunc mihi prima genas Veſtibat flore iuuentus. V.

De Participijs titulo.iij.

d E Participijs Verborum regula multa
Multa Supinorum carmen quoq; iam docuere.

De Pronomine titulo.iiij.

t U. Meus. ac Noster. Nostras ꝛ: iũgite quinto
Hoc quia personę possunt hęrere secundę.
Deficit in reliquis nequeunt quia ferre secundã
Nos Ego demonstrant: Tu Vos Hic additur Iste.
Isq; Sui referunt. vtrunq; sed Ille vel Ipse.
Idem iungo mari: sed Idem coniungite neutro.
Pro mare longatur: pro neutro corripiemus.
Hic pręponatur: tamen Is subiungitur vsq;.
Hic demonstrabit: referet tamen Is velut Idem.

De Prępositione titulo.v.

A E Ex Ab

a Simul E nunq̃ vocalibus associantur.
E paulo: A marco: E virtute: E dicito iusto.
E regione quidem ex aduerso significabit.
Ex Ab vocali iunguntur: pandit ab illo:
Ex igni: ast etiam sed raro alijs quoq; iungunt
Consona si mitis fuerit.
Ex quo demonstrat: simul ab duce: sic simul ab re
Ab lege: ab iusto.

Ad Apud In A Ex

Vado ad grãmaticum: sed apud vos disco ferendum.
Ad templum curro: prope templum significabit.
In templum curris dic intra significare.
Ad paulum vado: sed apud paulum maneo dic.
Ordine conuerso donatus dicier haud vult.
A templo redeo sic: Ex templo variantur.
Excepto nullo recte signabit adunum.

Palam. Coram.

Dico Palam cunctis: Coram illo dicere debes.
Coram ad psonas: ad cuncta Palam referemus. Pris.
Furta Palam tua sunt: Coram diomede retexi.
In Satyra quarta: Coramue quibuslibet inquit
Nempe Venusinus. Senecę sed Epistola dixit
Pluribus erubuit coram. Juuenalis item fert
Et Coram dominis: fert Coram alijs simul idem. sat. xi.

Tenus

Singlari in numero sexto Tenus: at genitiuo
Plurali iungunt: postponitur id tamen vsqz.
Pubetenus dicas: laterumtenus ergo latine.
Pectoribusqz tenus quinto bis Naso sed inquit.

Pro

Pro notat in. porro: notat ante. exempla docebunt.
Proqz tribunali: pro rostris: in notat apte.
Proiectus porro iactus: Proscęnia quippe
Ante loci scęnam: patriam sic prodere dicens
Ante dare hic signat. prostratus pro quoqz cumbens.

In

Valde. non. inter. contra simul: In notat ample.
Insonat. Infirmus. medijs in milibus: In hunc.
Incidit inqz manus inimicus dicere debes.

Sub

Sub tempusue locum. supra. in. prope: denotat intra.
Sub tempus signans quarto coniungitur. at si
Forte locum signat: sexto coniungere debes.
Sub lucem pandit: circa lucem notat illud.
Pandit item vates scribens: sub tegmine phagi.
Virgilius dixit (pro per) postesqz sub ipsos
Nituntur gradibus.

Sub notat inqz simul; Sub templo; Sub quoqz sole.
Infra vel supra Sub denotat, hinc Maro dixit
Pedibusqz rotarum Subijciunt lapsuis. in. ij.
Et corpora saltu Subijciunt in equos. in. xij.
Sub prope designat; Maro testis; deinde sub ipso
Ecce volat; profert idem Classemqz sub ipsa
Antandro ⁊ phrygię molimur montibus idę.

Super

Quippe Super signat. de. pro. insuper amplius. vltra.
Desuper. ac superest. superes quoqz; panditur infra
Vulta Super priamo rogitans; de significabit.
Nil Super imperio moueor; pro denotat illic.
Ecce Super; moesti magna diomedis ab vrbe
Legati responsa ferunt; Super insuper est hic.
In sexto legitur; Super ⁊ garamantas ⁊ indos
Proferet imperium; dic vltra significare.
Hęc super euallo prospectant; desuper hic est.
Ille autem neqz enim fuga iam super vlla pericli;
Pro superest posuit; tamen infra pro superes est.
O mihi sola mei Super astyanactis imago.
Et quarto ⁊ sexto Super additur; addite Supra
Duntaxat quarto.

Circiter. Circa. Circum

Circiter ad numerum. Circa ad tempus referendum.
Vult loca sed circum; Circum vt castella vel agros
Id Caper asseruit.

Ante

Ante diem proprie tempus signare notamus.
Ante tamen lucem; pro extremo tempore noctis.
Paucos ante annos; paucis dic ante vel annis.
Ante quidem paulum; paulo tamen ante feremus.

Penes

Vos Penes est illud: vestro in iure edocuerunt.
Hic Penes est vrbem: prope siue apud indicat esse.

Quum. Cum

Quum si tempus erit per. q. coniunctio per. c.
Dentibus hic lędit. Cum dentibus effuge: nanq̃
Instrumenta notans nomen non suscipiet Cum.
Ut curro pedibus: scribo calamo: gemo corde.
Hasta percussi: teneo te fune catenis.
Hunc capio laqueis: illum sed terreo verbis.
Instrumenta quidem lędendi dicito dentes
Currendiq; pedes sic de reliquis quoq; dicas.
Quando tamen lector coniunctio significatur
Cum sibi fac iungas: vt viuo Cum pietate.
Prandeo Cum pyrrho: paulo cum sępe cucurri.
Laude tamen vel amore sequor te dic ⁊ honore.
Non cum laude quidem vel amore sequor bene fertur.
In cunctis autem maiorum exempla sequemur.

De Aduerbijs titulo. vi.

a D tempus Nunq̃: sed pertinet ad loca Nusq̃.
Quatinus est qm̃: ꝫ quantũ Quaten⁹ aut vt. F.
Continue semper: sed Continuo subito dic.
Temporis est Alias aduerbion vt Caper infit.
Proq; aliter posuit de nitro Plinius ipse.
Sic quarto decimo memorans de laude Catonis.
Infabre inculte: Fabre at pulchre reperitur.
Quippe minutatim Assulatim dicier aiunt.
Perq; vices recte Alternatim dic fore lector.
Alternis dicunt proprie signare vicissim
Quippe duos inter.

Denuo ab integro signat:rursusue:iterumue.
Antehac aduertas ante hoc tempus bene dici.
Posthac significat post hoc tempus tibi lector.
Nunc tantum pręsens signat:Modo tempora terna.
Ista modo feci:facioqz modo:faciamqz.
Designatiuum Tunc temporis:ordinis est Tum.
Eu laudantis erit:dic Heu signare dolorem.
Eu respondentis:tamen est Heu quippe vocantis.
Olim pręteritum signat:pręsensqz:futurum.
Nilo transpositum tria tempora significabit.
Junge Necessario cum verbo quolibet:inde
Cum substantiuo semper tu iunge Necesse.
Estqz Necessario faciendum dicimus apte.
Eminus a longe:iuxta sed Cominus inquit.
Protenus esto loci;nam tempus Protinus affert.
Pręsens pręteritum vult Quondã siue futurum.
Dic Adeo intantum:dicas Adeo quoqz certe.
Saltem sicqz minus:si saltas dicito Saltim.
A saltu Saltim Saltatim siue feretur.
Est Agite vt legi dicendum pluribus abs te.
Ast Age siue Agedum soli vel pluribus adde.
Ite Age ꝛ obsessis vigilem circundate flãmam.St.
Vos Age funereas ad littora voluite syluas.Bal.
Dic Secus esse aliter:iuxta quoqz significare.
Tempus siue locum dic significare Quousqz.
Cur Quianam signat Pompeio teste latinis.
Heu quianam tanti cinxerunt ęthera nymbi.U.

De Interiectione titulo.vij.

V ę populo ꝛ populum bene dicit vt Caper inqt.
O vocat ac optat sed tunc aduerbion esto.

O regina

O regina nouam cui condere iuppiter vrbem.
Adsis O tantum: ⁊ propius tua numina firmes.
O stupet. O dubitat. dolet. indignatur. idemq;
Sepe admiratur sic interiectio fertur.
O quibus: O quantis: O qualibus es viduata.
O quam te memorem Virgo: nanq; haud tibi vultus.
O dolor atq; decus magnum rediture parenti.
Perdidit O qualem vincendo plura triumphum.
O qualis facies ⁊ quali digna tabella.

Pro

Non aspiratur licet interiectio sit Pro.
Sed circumflectas quarto aut quinto sociando.
Pro solem: Pro sole simul bene dicimus ergo.

De Coniunctione titulo. viij.

q Vippe Ne p an breuis ē: pbibēs Nę lōga ma
Nę q̄z p certe: vel p vt non lōga docet (nebit
Quando notat tempus quādo cōiunctio nō est
Pro quia dic Quando coniunctio dicitur esse.
Ac ⁊ significat: pro q̄z quoq; sed reperitur.
Haud secus Ac iussi faciunt Maro protulit ipse.
At pro sed capitur: pro saltem dic quoq; poni.
At ramum hunc: aperit ramum qui veste latebat
Agnoscas sexto legitur.
Ast orator enim non vtitur: vtitur At sed.
Vel dicas etiam: Vel saltem: Vel quoq; siue.
Qui virtute sua superat Vel aromata cuncta.
Si non das ensem tunicam Vel tradere debes.
Iste Vel ille legit: sortes vel plato mouetur.
Quocirca signat quapropter Seruius auctor.

b Mutatur in.f.c.g.p.m.s.r.
Offero.succurro.suggessi.suppeto iussi.
Summittoq;.ꝛ surripio tibi pandere possunt.
Ast intercipitur quum vocalis subit.m.post.
Sicut in ambesus.ambages.ambigit.ambit.

C

C.quoq; transit in.s.g.t.x.vq; sonantem.
Parsi.quingenti.natus.dixiue.quieui.
Hoc intercipitur quod sicubi nuncubi monstrant.

D

D.cadit in.t.l.s.c.g.p.r.inq; duas.ss.
Attinet.alludit.assumens.accidit.agger.
Appetit.arridet.simul istis addito cessi.
Dq; intercipitur:redigoue redarguo prodest.
Ad si coniungis cum vocibus incipiunt quę
Ex.s.coniuncta simul ipsi nempe sonante.
Tunc.d. subtrahitur:velut aspiro aspicioq;
Ascendo ac asto.

G

G.mutatur in.s.ꝛ in.x.ꝛ vertitur in.ctus.
Ut spargo sparsi.rego rexi.vel lego lectus.

L

L.mutatur in.r.vel in.x.mutatio sic fit
Paulula pauxilla dic:de tabulaq; taberna.

M

M.quoq; transit in.n.si.c.d.q.tq; sequantur.
Nuncubi.tantundem.nunq̃.vel identidem inque.

N

N.mutatur in.m;b.p ue sequentibus;aut.m.

Imbibit.imponit.immittit signa teneto.
Impius.immunis.imbutus sint tibi testes.
Transit in.ss.duplex.t.c.vel.x.vqꝫ sonantem
Ipsaqꝫ rite quidem vel in.l.mutatur:⁊ in.g.
Vt fissus.catulus.ecquid.corrumpoue siui.
Vllus.⁊ ignotus.tibi nunc exempla notentur.

Q

Q.quoqꝫ:ceu monstrat Quis Cuius vertitur in.c.
Transit in.x.coxi:vel in.s.vt torqueo torsi.

R

R quoqꝫ transit in.l.s.v.vel.n.inqꝫ duas.ss.
Sume nigellus odos.trui quoqꝫ.⁊ eneus.vssi.

S

S.mutatur in.n.d.t.vel.r.additur m.r.
Sanguis.custodisqꝫ.nepos.flos.rursus.⁊ aiax.

T

T.mutatur in.s.vel in.x.si.preueniat.c.
A verto versus veniet:flecto quoqꝫ flexus.

X

X.pro gs.seu pro cs.vtimur apte.
Sicut demonstrat lex legis:fex quoqꝫ fecis.
Regula sepe tamen fallit quum vertitur in.c.
Seu mutatur in.v.sicut nix noxqꝫ supellex.
X.quoqꝫ vertis in.s.si dicas efficis effert.

Y

Y.quoqꝫ vertis in.v.dicendo murena cupressus.

Z

Pro.Z.ponebant.d.vel s.atqꝫ duas.ss.
Id setus.gassa.medentius.indicat omne.

Finit Carmen de floribus.

Emendanda in floribus

In Ae

Aegoceron Cancrumq; tenet.

In Ar

Fert Arotron grecus.

In As

Unde aliqui nequeunt. Urbs asty grece.

In Cae

Strabo quippe vocatur.

In Cla

Clangor erit sonitus tuba quem.

In Gr

Mars esto gradiuus. F.

In Ha

Hagnizo purgo.

In Ne

Hec Nepa.

In Te

Talus artifex hic vocitatur.

In O

Morte Obeunt mortemue tui.

In R

Pro sicq; reire.

Incun.
72.